Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Sibrand Theodor Varmeier

**Centuria ... Differentiarum Iuris Civilis & Lubecani, Sive Thesium Et Antithesium, Joannis Sibrandi, I.U.D. & Cod. Professoris ...**

**1**

Rostochi: Pedanus, 1615

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74988178X**

Band (Druck) Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Verl.: Th. Vanmeierig

J. Sibrand.

R. U. jur. 1615.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74988178X/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74988178X/phys_0002
DFG

38.

28.
551

# Centuria I.

# DIFFERENTIARUM JURIS Civilis & Lubecani,

SIVE

## THESIUM ET ANTITHESIUM,

*JOANNIS SIBRANDI,*
*J. U. D. & Cod. Profeſſoris,*

IN CIRCULARI EXAMINE
*Propoſitarum,*

*RESPONDENTE*
THEODORO VARMEIERO
Oſnaburga Weſtph. LL. Candidato.

*Habebitur diſputatio 23. Septemb. In Auditorio magno, horis matutinis.*

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

ROSTOCHI
*Typis ſuis exſcripſit JOACHIMUS PEDANUS, Acad. Typog. Anno* M. DC. XV.

1615

# SACROSANCTÆ TRIADI
## DICAT, CONSECRATQUE
### AUTOR.

O ſancte Jehovah, tu ſolus es, ex cujus ſacro ac divino pectore, juxtà & æterno conſilio, ceu fonte perenni, jura ſalutaria promanant: Quiq; juris autoribus, legumq; præſidibus, ſanum intellectum ſuggeris: Et JUSTITIÆ defenſores, ejusq; Antiſtites, adverſus rabiem furentis cætus, defendis, doctrinarumq; ſemina nutris & foves. Vanum etenim eſt conſilium & patrocinium mortalium, cui in hoc mundo ſeneſcente multi multum tribuunt, ſibiq; ac magnatibus blandientes, captatoriâ, & plus quam paraſiticâ voce aſſerunt; in ſcriniis illorum jura eſſe recondita. Tibi itaq; ſacratiſsimæ TRIADI prodromum hunc Differentiarum noſtrarum dico ac devoveo, ex imo pectore rogans, ut me Spiritu veritatis imbuere, veram juſtitiæ ſemitam docere, hasq; opellas ab hoc ſervo tuo indigno congeſtas, à venenatis malevolorum, ceu canum rabioſorum, morſibus vendicare, noſtrisq; laboribus impoſterum benedicere digneris, Amen.

# Lectori S.

OPeris, quod aggredior, magnitudo & difficultas, candidiſſime lector, non me fugit; hoc enim, ni laboris immenſi & periculi plenum fuiſſet, non tanto temporis, & quidem ducentorum, pluriumq́ annorum ſpacio, idipſum fuiſſet neglectum. Quis enim neget littora hæc Balthica Illuſtribus juris noſtri Anteceſſoribus quàm plurimis, ſpectabilibus Nomophylacibus ſeu Syndicis, & ingenti conſultiſſimorum Advocatorum numero, tot jam ſeculis claruiſſe. In quibus tamen nemo fuit, qui huic oneri humeros ſubdere voluerit, licet ex Senecæ ſententiâ generoſos animos labor nutriat: nec ſit viri timere ſudorem. Non abs re itaq; miraberis, hirundinem nullâ canendi arte peritam, præcentum ſibi ſumere, & luſciniæ, alijsve avibus ſuaviſſimè modulantibus laudem præripere, ſeu anſerem tardigradum inter olores acutos ſtrepere, audere; Antagonidæq́ alumnum Muſis canere velle. At cœpti hujus meirationem ſinceram ut tibi exponam, ſcire te velim, me edicto æterni Prætoris ſeveriſſimo ad hoc impulſum, quo maledictum pro-

nunciat, qui opus Domini FRAVDVLENTER facit. Cujus horrendæ conſtitutionis intellectus non tam de INDEFESSO quam NECESSARIO ſtudio, ſuffragantibus juris ſacratiſſimi autoribus, dextrè accipiendus mihi videtur. Fraudem enim, teſtibus Paulo & Gaio, etiam is committit, qui veræ Iuriſprudentiæ ſeu doctrinæ fæcem fucatæ ſcientiæ admiſcet, & quod ipſum facere conveniebat, negligit. Quid? Si ſtudium indefeſſum ſeu labor immenſus à fraude excuſat, quis Neſtorio impigrior? Arrio Alexandrino Epiſcopo laborioſior, & in defendendis ac conſarcinandis falſis dogmatibus acutior? Quis hæreticis magna volumina conſuentibus vigilantior? Ac Ingenijs peſſimis ad turbandam Rempubl. natis, promptior? quorum tamen aſſiduitas deteſtabilior quã fructuoſior. Quanquam verò harum lucubrationum mearum fructum maturius tibi impertiri unicè expetierim: invitum tamen ſummæ neceſſitatis, & variarum cauſarum fluctus, retardarunt, quò minus voti mei finem deſideratum aſſequi potuerim. Vicit tandem ſumma neceſſitas & muneris ratio, quo fato benigno fungor. Cum enim non minus ex iure LVBECENSI, quàm Civili, Conſulentibus iuris reſponſa quotidie ſunt reddenda, varij & perplexi caſus

ſus definiendi, nodi litigantium Gordÿ ſolvendi, multorumq; fraudes & doli detegendi, qui ſingulari aſtutia, ſubtiliq; ac Sophiſtico acumine verum ac genuinum legum ſenſum in contrarium intellectum rapiunt, hocq; unicè agunt, ut illorum inanes labores, magis iura ſorbilia, quam iura civilia redoleant, ac veritatem premant. Non immeritò ſollicitus fui, unde in tanta iuris Lubecenſis incertitudine, certi quid promerem, quo iuſtum ab iniuſto, verum à falſo, æqua lance, ceu gladio iuſtitiæ, diffindēdum, cuivis χειραγωγίαν expeditam exhiberem. Nec verò etiam leviter me in curſu cœpto ocyus pergere impulit dictum illud Servÿ perquam venuſtum & grave, turpe eſſe homini patricio in Republica verſanti ignorare iura quæ profitetur Uti & illud. Non nobis noſmetipſos eſſe natos, ſed ortus noſtri partem etiam patriam ſibi vindicare. Inprimis cum parum probanda illorum aſſiduitas, qui toti vetuſtati ſe dedunt, & unicè in legibus ferè antiquatis conciliandis, ÿsq; reſtituendis deſudant, & iuris alumnos non ad veros veræ doctrinæ fontes, ſed ſubtilitatum & Antinomiarum lacunas deducunt, ÿsq; ut floridam ætatem, & ſumptus miſerè perdant, haud poſtremi autores ſunt, qui dum minus neceſſaria ſectantur, ſummè utilia negligunt. Quapropter ne-

minem, niſi aliorum laborum cenſorem iniquiſsimum, nobis vitio daturum exiſtimo, quod horis ſucceſsivis, hiſce noſtris vigilijs, patriæ inſervire tentaverimus. Cur enim nobis non liceat pijs & honeſtis rebus impendere, quod in ludicris & ſæpius obſcœnis, alijs conceditur? Quot quæſo reperies hoc ſeculo, qui Satyras ſcribunt, ineptos amores canunt, ſcommata ac dicteria in populum & proximum ſpargunt, bonis perversâ ſcribendi & meditandi libidine moleſti ſunt, Reſpublicas Machiavellico ingenio turbant, ſacrorum ac profanorum codicum textus perſpicuos, non exiguo piorum ſcandalo, multorumq; detrimento, corrumpunt, imò DEO ipſi bellum indicunt, & ſuo captui omnia accommodant. Si itaq; in Antitheſi Lubecana formandâ minus dextrê, vel etiam in vero & genuino huius iuris ſenſu indagando & aſſequendo omnium, & cum primis delicatiorum ingeniis, quæ niſi quod ipſa fecerint, nihil rectè factum putant, ſatisfecero, aliisq; negociis præpeditus, id minus exactè & iuridcè, quod experientiori alicui absq; difficultate licuiſſet, præſtitero, de hoc quin apud BONOS veniam facilè ſim conſecuturus, nullam in partem dubito. Ut enim quis viatori, ſeu alteri de via non edocto, in ſylva denſa, ubi ſemitarum nulla ve-

ſtigia

ſtigia apparent, iter facienti, ſeu magiſtro navis, quamvis exercitatiſſimo, ſine verſoria naviganti, & inter fluctuum procellas periclitanti, levem deflexum facilè condonavit, & oberrantem lubens reduxerit, ſtudioq́ ſingulari de ſemitæ compendio, aut curſu dextro, eundem informarit: Similem in modum & mihi, qui in juribus hiſce perpoliendis, certo duce, aliorumq́ ope & conſilio omnino deſtitutus fui, neminem adeò iniquum fore confido, quin me aberrantem in viam ſit reducturus, errata placidè monſtraturus, meliora ſuggeſturus, ac virum bonum, non verò Zoilum acturus. Animo ſiquidem ſincero hoc profiteor, me longè procliviorem eſſe ad corrigendum errores candidè monſtratos, quàm in iis detegendis alius ſe mihi exhibiturus ſit, promptum & ingenuum. Vti & DEVM teſtor, me hunc laborem non gloriolæ vanæ cupiditate, vel jactantiæ œſtro, ſeu controvertendi pruritu ſuſcepiſſe: Sed ut DEI gloriæ, patriæ emolumento, & ſaluti proximi inſervirem, in me derivaſſe, utq; in jure dubio, incerto, ac perplexo enodando, conſcientiæ meæ conſulerem, & aliis tot ſecula ſilentibus, anſam præberem, in cæteris ſaluti ma-

riti-

ritimarum Rerumpub: nonnihil ſtudij impendere. Itaq; omnes bonos rogo, ut huic meo conatui favere, ad χειραγωγίαν compendioſiorem mihi ſolidiora fundamenta, præjudicata & argumenta, benevolè ſubminiſtrare, meq; amanter fovere haud graventur. In hoc enim ſi promptitudinem eorum fuero expertus, porro annitar, DEO duce, vitâq; comite, ut primum, quantum per alias occupationes licuerit, penitus extruſo hoc differentiarum prodromo, opus ipſum pro virili edolatum, ceu comes individuus, ſequatur. Raptim è muſæo noſtro,

Vale. 16. Septemb. Anno. 1615.

## THES: ROM: ANTHITH. LUB.

**1.**

JUri operam daturum, prius noſſe oportet, unde nomen juris deſcendat, & ex quo fonte primi Authoris quælibet lex ſeu conſtitutio fluat ac derivata inveniatur.

Eſt autem à JUSTITIA appellatum.

**2.**

*LUBECANI Juris explicationē ſuſcepturus, præ cæteris docere debet, unde hoc jus STATUTARIUM denominationem ſit ſortitum.*

*Eſt autem à ritè ſtatuentium poteſtate denominatum.*

Non enim fruſtrà legum inſcriptiones, nempe ex quo libro Authoris lex ſit deſumpta, tam ſtudioſè ſunt obſervatæ. Facilè enim diſpiciebant juris compilatores, poſtquam immenſa illa antiqui juris volumina Vulcano eſſent dicata, & fruſtatim, vel ex libris Inſtitutionū, Epitomarum, Definitionum, Diviſionum, Pandectarum, Diſputationum, Sententiarū, Reſponſorum, Regularum, Opinionū, Senatuſconſultorum, Epiſtolarum, variarum lectionum, Membranarum, Manualium, Stipulationum, & ſimilibus, leges noſtræ & Principum placita excerpenda, maximam difficultatem & perplexitatem inde exorituram. Ideoq; librorum notas legibus adjecerunt, ut earum beneficio textuum conciliatio, interpretatio & intellectus eſſet facilior & certior. Ita enim Cic. lib. 2. de Invent. de utilitate harum notarum ſeu in-

*Haud inconcinnè quoq; hoc jus civile Lubecanum dicitur, cum id jus, quod cuiq; civitati proprium eſt, civile nuncupetur. L. jus civile 6. ff. de Inſtit. & jur. §. Ius autem civile, & ſeq. Inſt. de jur. nat. gent. & civil. Sic jus Romanum ab initio nihil aliud fuit quàm municipale: nec leges XII. tab. aliud tum fuerunt quam quod noſtri nunc STATUTARIUM vocant.*

ſcriptionum ſcriptum reliquit: Si ex contrarijs legibus controverſia naſcatur, cum inter ſe duæ videntur aut plures leges diſcrepare, conſiderandum eſt utra lex de genere omni, utra de parte quadam, utrum communiter in omnes, utrum in aliquam rem certam ſcripta inveniatur. Quapropter leges definitionum quæſtionibus Reſponſorum ſunt generaliores, & hæ ad illas revocandæ. Summo igitur ſtudio inſcriptiones librorum ſunt notandæ. Alij enim ſunt ſingulares; alij multiplices & varij; alij promiſcui, quibus variæ quæſtiones diverſo ordine pertractantur, ut ſunt libri Opinionum, Quæſtionum, Reſponſorum, Sententiarum, & ſimiles. Hæc ille. Quæ admonitio Ciceroniana non parum lucis legum conciliationi præbet, & ideò commendationem meretur.

## Thes: Rom; Antith. Lub.

3.

Deinde videndum, an corp9 noſtrum civile Juſtinianeū, imprimis Pādectæ, quas Florentinas vocamus, ex vero Authētico exemplari ſint typis exſcriptæ, ut plenam fidē in Scholis & foro faciant.

Etſi Mattheus Monachus ſcriptum reliquerit, Pandectas noſtras non ſecus ac Codicem Juſtinianeum, bis fuiſſe editas; & priores contractiori, poſteriores auctiori formâ conceptas: id tamen omni fide deſtituitur. Noſtræ enim Pandectæ ex Malfitano exemplari (quod poſt excidium hujus urbis Piſas, & inde, ante annos ferè ducentos Florentiam delatum fuit, ubi & hodie religioſè aſſervatur) operâ & ſtudio doctiſſimi Taurelli ſunt deſumptæ.

4.

*Etſi juris Lubecani varia extent manuſcripta exemplaria, à Senatu illius urbis vicinis communicata: ejus tamen quod typis exſcriptum reperitur, authoritas eſt publica & recepta.*

*Primò ex authoritate. Deinde cōſtitutionum promulgatione. Tertiò Imperiali confirmatione. Quartò obſervantiâ ſeu receptione hujus & aliorum judiciorū, ejusq; allegatione.*

### Thes: Rom:

5.

Jus civile Romanum definitur à JCto Celſo ars boni & æqui; ab Ulpiano, divinarũ & humanarũ rerum notitia, juſti atq; injuſti ſcientia.

Rectè dicitur ARS: Cum non ex ejuſmodi demonſtrationibus, quæ opinioni & dubitationi contrariæ ſunt, ſed ex multis notitijs uſu & exercitatione conquiſitis cõſtet. Quare ſubtilem potius quam utilem ſeu neceſſariam putamus eorum curioſitatem, qui ſcrupulosè ſcientiæ & artis proprietatem hîc examinant; cum JCti noſtri reſpuant & nihili faciant ejuſmodi λογομαχίας & inanes diſputationes, & earũ uſus alius nullus ſit, quã ut otioſi ejuſmodi homines inutilia illa tractando, neceſſaria, & ſolida juris fundamenta negligant, & ceu oves balantes de lana caprina certent.

### Antith. Lub.

6.

*Jus Lubecanum definiendũ Senatuſcõſultũ, quod Senatus Lubecenſis juris reddendi causâ fecit, atq; cõſtituit.*

*Dicimus* SENATUSCONSULTUM *inſpectâ Reipubl. hujus Ariſtocraticæ formâ. Solus enim Senatus hîc jus conſtituit, lib. 1. tit. 1. art. 2. in verb.* was ein Rath ſtatuiret. *Etſi verò Senatus noſtrarum rerumpubl. potius jus faciat quàm conſtituat, L. Non ambigitur 9. ff. de legib. hîc tamen ideò ſtatuendi & ordinandi verbis uſi ſunt compilatores ad excludendum populi neceſſarium conſenſum, ut emphatica & geminata verborum:* ſtatuiren vnd ordnen, *proprietas hoc evincit. Statuere enim ejus eſt qui vim perfectam & abſolutam ſtatuendi habet. l. 1. ff. quod quisq; jur. Secus in Democratico ſeu populari ſtatu, quo referuntur ſtatuta ad plebiſſcita, cum populi conſenſus in hiis ſit neceſſarius. Caſtrenſ. in d. l. Non ambigitur, Anton. Vacun. in l. 1. verb. virorum, d. t.*

### Thes: Rom:

7.

Juris ſeu corporis civilis author

Sacrum hoc volumen ideò dicitur CORPUS, quod Regium hoc

### Antith. Lub.

8.

*Jus Lubecanum*

*Nam quemadmodum* MAIESTATIS *jus ex ſignis*

opus ex diſtantibus juris civilis partibus ſeu membris ſit compoſitum, argumento l. in rem 23. §. 5. verſ. At in his ff. de rei vindicat. CIVILE verò, quod civitatis Romanæ ſit proprium, l. 6. ff. de Iuſt. & jur. Ac JUSTINIANEUM, non quod Juſtiniani operâ & ſtudio proprio, ſed autoritate & juſſu ſit cœptum, & ab illuſtri Triboniano, ejusq; fidiſſimis Collegis, Conſtantino, Theophilo, Dorotheo, Anatolio, Leontio, Eudoxio, Cratino, Stephano, Menna, Proſdocio, Eudolino, Timotheo, Leonide, & qui prætereà in hoc illuſtri collegio ad perfectionem hujus operis manum admoverunt, ſit digeſtum; & inde Liber Digeſtorum appellatus, ac à legibus antiquatis repurgatus Vid. hiſtor. jur. Pandect. præfix. Nam etſi primus Romanorum legislator Romulus Regias ediderit conſtitutiones, quas uti & reliquorum regia edicta Papirius in unum congeſſit volumen, quod à nomine collectoris JUS PAPIRIANUM dictum. l. 2. §. 2. & 36. ibiq; Gothofred. ff. de origin. jur. Pompon. Læt. de Magiſtrat. Roman. cap. 7. ac his rejectis, tum leges XII. tab. tum Plebiſcita, Senatusconſulta, Prudentum Reſponſa, & variorū Impp. Placita tribus codicibus: Hermogeniano, Gregoriano & Theodoſiano cōprehēſa extiterint & à quibuſdā quadraginta & octo numerentur Impe-

eſt JUSTINIANUS, idq; tanquam mundi Dominus fecit, eiq; ut vim legis haberet, autoritatem attribuit.

*conditū eſt à* Senatu Lubecenſi, *qui habet jura ſuperioritatis, ſtatus, territorij, Meri mixtiq; Imperij; In divinis & humanis, tempore pacis & belli, veluti in Doctrinalib9 & Ceremonialibus, jus Epiſcopale & Conſiſtorij; In poli-*

*ſignis ſuperioribus. Ita* SUPERIORITATIS *jus ex notis peculiaribus ab Imperatore tanquam fonte omnium dignitatum, privilegiorum ac jurium profluentibus, dignoſcitur, ac penes poſſidentē eſſe demonſtratur.* De *quibus infrà latius.*

*Dicimus, à Senatu conditum.*

*Etſi enim primo Lubecenſium conditor & legislator Adolphus Schavenburgicus Holſatiæ Comes, Princeps pius & Chriſtiano nomini addictus, atteſtante Hermanno Benno, leges huic populo dederit: Ejus tamen Reipubl. formâ ſæpius mutatâ tandem penes Senatum omnis imperandi poteſtas reſedit, ac in hunc usq; diem permanſit, lib. 1. tit. 1. Iuris Lubecenſ.*

peratores, quorum conſtitutionibus jus noſtrum adeò in immenſum crevit: nil minus tamen hæc jura undiq; collecta vocantur JUSTINIANEA, quod curâ & ſollicitudine ſummi hujus Imperatoris ex tam varijs & adeò perplexis JCtorum voluminibus, imò ſæpius contrarijs Imperatorum conſtitutionibus in ordinem ſint redacta, & inprimis ad ordinem perpetui Edicti compoſita.

*politicis jura regaliorum, nempe jus fabricandorum armorum, viarum publicarum, fluminum navigabilium, portus, riparum, vectigalium, cudendæ monetæ, mulctarum, bonorum vacantium, condendi & abrogandi ſtatuta, Cancellariæ, Archivi, ſalvi conductus, concedendi veniam ætatis.*

*In Militaribus jus belli & ſimilia. Et hæc jura Regia ab Imperatore Friderico ejusq; ſucceſſoribus ipſi ſunt confirmata ac in vim privilegij conceſſa.*

THES: ROM. ANTITH. LUB.

Majeſtas enim à magnitudine Imperij, ut inquit Feſtus, dicta eſt. Hâc enim Romanâ inter omnes quatuor Monarchias nulla potentior, amplior ac terribilior extitit, ac jura ſublimiora habuit. Unde cri-

9.

Superioritas Romana eſt MAIESTAS ABSOLUTA, Monarchicâ ſive Imperatoriâ poteſtate fulgens, nullumq; parem ſeu pari-

10.

*Superioritas Lubecana eſt DOMINATUS fulgore ſublimita-*

*DOMINATUS vocabulum etſi apud bonos autores variè accipiatur, ac nonnunquam ad Monarchiæ vel Tyrannidis ſeu Regium referatur ſtatum. vid. Ariſt. 3. polit. cap. 10. & lib. 4. cap. 10. Cic. 4. Tuſcul.*

men majeſtatis eſſe dicitur, ſi quiſpiam Imperij dignitatem affectet, ſocietatem Imperatoris in regnando ambiat, ſive ſe parem conſtituat tot. tit. ad leg. jul. Majeſt. Livius lib. 22. Plutarchus in Fabio.

lem dignitatem admittens ſive agnoſcens.

*tis coruſcans, ac jura Regalium, Territorij, nec non Imperij ac Juriſdictionis omnimodæ habens.*

*Tuſcul. 2. ibi: dominatu Regio Republicâ liberatâ. Non impropriè tamen hic verbum: Dominij & Dominatus, refertur ad eos, qui familiæ Reip. ac communitati præſunt. tot. tit. C. de jur. domin. impetrand. & extenditur ad omnes, qui rei, loci, ac Imperij poteſtatem ſeu proprietatem habent; adeò ut veteres hoc nomine honoris cauſa ſeſe invicem ſalutaverint. l. Neſennius 22. ff. ad leg. Falcid.* Dicimus, *fulgore ſublimitatis coruſcans.*

*Hanc enim ſuperioritatis præeminentiam ei dedit Imperatoris benevola*
*conceſſio. Iura enim ſeu Regalia Lubecenſibus conceſſa in vim privilegiorum*
*ais ſunt data, ac ideò ſingularem præeminentiam habent ac præ ſe ferunt. Pro-*
*bat hoc conſuetudinis ratio & obſervatio, quæ etiam ſuprema Regalia confert.*
*l. 2. C. Quæ ſit longa conſuetud. vid. conſil. Doctor. Germaniæ. tom. 2. conſil. 5.*
*n. 15. Demonſtrat territorij univerſalis detentio & adminiſtratio quæ juris ſub-*
*limioris ei cohærentis non ſaltem præſumptionem ſed probationem facit. Nam*
*Senatus Lubecenſis intra ſuos fines ſeu diſtrictum* in jhrem Weichbilde *jus*
*terrendi habet, arg. l. pupillus 239. §. terrorium pen. ff. de verb. ſignif.*
*Firmat ſuperiorum ac inferiorum heroum ſcientia ac patientia, cum hæc Re-*
*ſpublica ullius contradictionis legitimæ ſit neſcia.*

THES: ROM: ANTITH. LUB.

Status aliquândo ſignificat caput cauſæ ſeu principalis negocij, ad quod reliqua ſunt referenda, Vel etiam

11.

STATUS vocabulum variam in jure noſtro recipit appella-

12.

*Reſpublica Lubecenſis ideò inſignitur*

*Ideò dicitur STATUS, quod paſſim in Receſſibus Imperij inter STATUS Germaniæ referatur, ac ſe non minus*

Formam Regiminis. Sic dicimus Statum Romanæ Reipubl. variè eſſe mutatum I. à Regibus ad conſules l. 2. §. Exactis 3. de origin. jur. Ab his ad Decemviros: Et rurſum à XII. tab. Autoribus ad COSS: & tandem ad Imperatores.

tionem. Huic verò noſtræ intentioni convenit, quâ ſtatus ſignificat perſonarum ſive hominum cõditionem, ſecundum quam alij ab alijs ratione qualitatis & dignitatis diſtinguuntur.

*verbo* Status, *quod ſit liberum Imperij membrũ, immediatè à ſupremo ſuo capite dependẽs, qualitatẽ ſuperioris habens.* Ein freyer/ oder gefreyter ſtand des heiligen Römiſchen Reichs *Crantz. Vandal lib. 7. cap. 14.*

*minus quam reliqua Imperij membra in comitijs, alijsq; conventibus ſiſtat, ſuamq; ſubjectionem declaret. Qui enim habet ſeßionem & votum deciſivum in Imperij comitijs, STATUS reputatur. Vid. Receß. Imperij anno 1548. §.* Wann auch ein außgezogener etc. *ibi:* Stim vnd ſtand *Ut in aurea bulla Caroli IV. liberæ Imperij Civitates vocantur STATUS. Quibus opitulatur frontiſpicium Iuris Lubecani, qualitatem ſtatus arguens,* Daß Lübeck eine Kayſerliche freye/ vnd des heiligen Reichs Stadt oder Stand ſey. *Cujus tituli uſus à nemine, præterquam STATU LIBERO, ſine Majeſtatis contemptu uſurpari poteſt.*

THES: ROM: ANTITH. LUB.

13.

Territorium hic non quemadmodum Varro; quod teratur, vel ut Siculus Flaccus, ſeu Iſidorus, quaſi tauritorium, ſed uti JCtus Pomponius in leg. 239. §.

Territoriũ Romanis eſt Univerſitas agrorum intra fines cujusq; civitatis; ab eo di-

14.

*Territorium Lubecanum eſt diœceſis ſive diſtri-*

*Quod in noſtro & Saxonico jure vocatur* ein Weichbild/ gebieth oder bezirck. *Diſtrictus enim hic denotat locum in quo Senatus*

ctum quod Magiſtratus ejus loci intra eos fines jus terrendi habeat.

territorium ff. de verb. ſignific. id interpretatur, accipimus.

*ctus ſuis limitibus cõſtans, in quo Senatus adminiſtrandi & terrẽdi habet poteſtatem.*

*natus diſtringendi ſeu coercendi poteſtatem habet.*

## THES: ROM: 15.

Romani Reges & Imperatores in Divinis de ſumma Trinitate, Sacroſanctis Eccleſijs: Epiſcopis, eorumq; audientia; hæreticis non tolerandis: Sacramentis ritè adminiſtrandis, & ſimilibus, integros titulos ac conſtitutiones nobis reliquerunt, ac curam Eccleſiæ ſemper geſſerunt, non tamen pari zelo.

Toto titul. God. de Summa Trinit: & tit. de ſacroſanct. Eccleſ. Uti & tit. de Epiſcop & Cleric. Tit. de Epiſcopali aud. Tit. de hæret. & Manichæis, Tit. Ne ſanct. Baptiſm. iteretur. Tit. de Apoſtatis. Tit. Ne Chriſtian. mancipium Hæret. vel jud. Tit. de Pagan. & ſacrific. &c.

## ANTITH. LUB. 16.

*Senatui Lubecenſi tribuitur jus Epiſcopale, autonomica ſacri fœderis pactione, vulgo,* durch den Religion friede/ *non ſecus ac reliquis Imperij ſtatibus Imperatorem immediate recognoſcentibus. Unde habent arbi-*

*Vide Tranſactionem Paſſavienſem anno 1552 initam, & poſt aliquot revolutiones anno 1555. in Comitijs Auguſtanis confirmatam §.* Damit auch obberürte etc. *ibi:* ſo ſol die Geiſtliche *Iuriſdiction* wider der Auſpurgiſchen *Cõfeſſion &c. Carolum Molinæũ in tractatu ad Regem Galliæ Henricum contra abuſus Paparum. Ludolphum Schrader: vol. 1. conſil. 3 no. 38 & ſeq. Dn. Collegi Erneſt. Cothen. in reſponſ Academ. 1, n. 64. Andreams Knichen*

*trium & moderamen in Divinis, ad præſcriptum ſacrarũ tabularum & Auguſtanæ confeßionis, Invictißimo quondam Carolo V. anno 30. exhibitæ.* Knichen in ſua Encyclopædia cap. 5. in fin. Ubi liberis Imperÿ Civitatibus Eccleſiaſticam ſuperioritatem adſcribit, propterea quòd inter STATUS Imperÿ referantur. Indubitatè itaq; hæc Reſpubl. habet jus INSTITUENDI flamines, argumento cap. Cum venerabilis 7. de relig. domib. 2. REFORMANDI, quod eſt ordinarÿ. cap. 1. & c. licet, 12. cap. conquerente 16. X. de officio ordinarÿ. Oſcitantes enim & gregem Domini ſegniter paſcentes, itemq; turpiter viventes jure reprehendunt: abuſus contra Canones & reformatas Auguſtanæ Confeßionis leges inductos tollunt, ac ea, quæ ſacris conſtitutionibus ſunt conformia, defendunt & retinent. 3. Itemq; DIMITTENDI, ex juſta tamen cauſa cap. 2. de pœn. in 6. cap. Novimus de V. S. Hæreticos enim & ſchiſmaticos, à recta æternæ ſalutis via ſeu tramite aberrantes ab officÿ adminiſtratione ſuſpendunt, ac legitima dimißione, ne gregem Domini inficiant, removent. Habent itidem IUS CENSURÆ. Per ſuum enim Epiſcopum, ſeu Synedrion ad hoc ordinatum, impœnitentes hæreticos, blaſphemos, ac in cœpta malitia & impietate perſeverantes, præcedente legitima cauſæ cognitione, excommunicationis fulmine terrent, ac feriunt, ÿsq; fores divinarum largitionum præcludunt & eò usq; in barathro maledicti Plutonis conſtrictos detinent, donec verâ pœnitentiâ ducti delictum agnoſcant & reſipiſcant. INDICENDI SYNODUM ſeu concilium Epiſcopale. E re enim Eccleſiæ eſt, ut conventus Eccleſiaſtici ſingulis inſtituantur annis cap. 2. & 4. diſt. 18.

## THES: ROM:

17.

Jus Romanum Epiſcopis tribuit ſaltem audientiam ſeu notionem; non verò jurisdi-

Munus enim Epiſcoporũ, Pontificum & omniũ Eccleſiaſticorum, primum & præcipuum eſt, docere, populum in officio retinere, non regnare, ſive Im-

## ANTITH. LUB.

18.

*Conſiſtorium Lubecenſe cum Dominis ſuis conſtituentibus con-*

*Libr. 1. tit. 4. de ſponſal. art. 2. ibi:* welches bey erkandnuß des Rathes oder *Conſiſtorÿ* ſtehen ſol.

perium exercere. Tot. tit. C. de Epiſc. & Cleric. & tit. de Epiſcopal. audient.

ctionem ſeu exequendi poteſtatem: quamvis hodiè non ſolum juriſdictione & imperio, ſed & Regalibus utantur.

*currentem habet juriſdictionem in cauſis ad hoc Clericale tribunal pertinentibus, exequendiq; per brachium ſeculare, poteſtatem.*

THES: ROM:

19.

Multipliciter hoc nomen accipitur, interdum pro feudis Regalibus, qualia ſunt Electoratus, Ducatus, Comitatus, & ſimilia. Nonnunquam pro opulentis ſacerdotijs. Aliquando pro jure & potentia conferendi feuda. Otto Friſing. lib. chron. 7. c. 14. vid. c. unic. ibiq; Dd. 2. feud. 56.

Regalia propriè accepta ſunt jura ſublimiora ſoli Imperatori ſeu ſupremo Principi in ſignum præeminentiæ reſervata, à jure ſuperioritatis dependentia.

ANTITH. LUB.

20.

*Senatus Lubecenſis æquè ut reliqui Status Imperij, in politicis & cauſis publicis, hac jura Regia ab Imperatore conceſſa, ac legitimo tempore continuata, habet.*

*Per ea quæ inferius ex ſufficienti partium ſeu ſpecierum enumeratione probabuntur, & arg. eorum quæ ex d. c. unic. ibiq; Dd. traditis deſumuntur:*

THES: ROM:

21.

Etſi vox Armādiæ ſeu Armāniæ variè à feudiſtis accipiatur, cum nonnulli

Ius fabricandorū armorum Impe-

ANTITH. LUB.

22.

*Senatus Lubecenſis*

*Hæc enim Reſpub. habet ſuos fabricenſes ſeu Magiſtros,*

rator antiquitus tus ſibi ſoli reſervavit.

vocabulo hoc intelligant littora publica ab ariditate ita dicta: alij vectigal, quod ex armentis animalium ſolvitur, uti latius videre eſt apud Iſern. Alvarot. Bald. Roſenthal. ad c. Quæ ſunt regalia c. 5. concluſ. 19. Borcholt. no. 21. & ſeq. Nos verô per Armandias intelligimus jus fabricandorum armorum Imperatori reſervatum. Fabricas enim & publica armamentaria Principes ſemper ſibi vendicarunt, ut apparet ex Novel. 85. cap. 1. l. unic. C. Ut armor. uſ. Vid. Eguin. Baron. Cujac. Hotoman. & alios ad d. c. unic. Peregrin. de jur. fiſc. lib. 1. tit. 1. no. 14. Vult. de feud. lib. 1. cap. 5. n. 7. v. Armandiæ. Et hanc veriſſimã, juriq; convenientiorẽ teſtatur Menoch. vol. 3. conſil. 298. no. 17. & de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſ. 394. no. 24. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 3. no. 8. & ſeqq.

*jus fabricãdorum, armorum, ac tormentorum aneorum habet, ac quotidiè uſurpat.*

*giſtros, qui omnes generis arma fabricant, eaq; fabricata in armamentarium reponunt.*

## Thes: Rom: 23.

Jure Romano vię publicæ die Keyſerliche freye / Heer / Reichs oder Landtſtraſſen, quæ etiam dicuntur viæ Regiæ ſeu Baſilicæ, vel Prætoriæ & Conſulares, item Militares, ſunt de Regalibus, & ſupremo quodam dominio ad imperatorem pertinent.

Ideò autem de Regalibus eſſe cenſentur, quod protectione & jurisdictione, ſeu ſupremo quodam dominio ad Imperatorem ſeu Regem pertinent per l. Ad Inſtructiones 7. C. de ſacroſ. Eccleſ.

## Antith. Lub. 24.

*Viarum publicarũ ſeu Regiarum protectio, ac delictorum inibi perpetratorũ coercitio, Senatui Lubecenſi competit, eamq; jure Regali & conſveto exercet.*

*Senatus enim Lubecenſis in ſuo territorio & vijs publicis curat, aut certè curare debet, ut à ſacrilegis, latronibus, furibus, plagiarijs, alijsq; malè feriatis hominibus ea ſint tutæ arg. l. 1. §. Quies de offic. præfect. urb. l. congruit. ff. de offic. præſid. Ne iter facientibus ſtruantur inſidiæ. l 2. §. viarum. Ne quid in loc. publ. l. 2. §. 4. C. de offic.*

*offic. præfect. prætor. Africæ.* *Et ſi hoc facere neglexerint, ac peregrinantibus in ipſorum territorio damnum datum, ſeu bona erepta ſint, ad reſtitutionem tenentur, non ſecus ac reliqui Principes, Duces, Comites & Barones. vid. Mynſing cent. 5. obſerv. 70. Gail. 2. obſerv. 64. & lib. 2. de pac. publ. cap. 1. no. 13. Roſenthal de feud. cap. 5. concluſ. 22. Coler. de proceſſ. Execut. part. 1. cap. 2 no. 287. VVurmbſ. pract. obſerv. tit. ult. obſerv. 5. Coercitionem verò delictorum, in vijs publicis commiſſorum, Senatui Lubecenſi tribuit jus territorij, cum & via publica de territorio, ſeu ejus pars eſſe dicatur. l. Attius 38. ff. de acquirend. rer. domin. Eorum enim jurudictio, coercitio & Executio, qui jure ſuperioritatis gaudent, ſe extendit ad ea, quæ aliàs Regij juris eſſe cenſentur. arg. l. 2. §. Prætor. ait. ff. Ne quid in loc. publ.*

## Thes: Rom: Antith. Lub.

25.

Cura fluminũ publicorũ maximè navigabilium, olim Imperatori fuit reſervata, vel cui Imperator ea curanda conceſsit. Quamvis uſus ideò non impediretur, quô minus eſſet publicus. Quapropter jus navigandi, piſcandi &

Non minus enim cura fluminũ publicorum, quam viarum pertinet ad imperatorem. dict. cap. unic. quæ ſint regal. ibiq; feudiſtæ. Roſenth. d. c. 5. concl. 23. no. 1. Vult. d. 11. 7. verſ. flumina. Quatenus verò à rivis magnitudine diſtinguantur, & reditus ex piſcationibus de regalibus eſſe cenſeatur, videre eſt apud Iſern. Afflict. & reliquos in d. cap. unic. Schneid. in §. Flumina n. 7. Inſt. de Rer. diviſ.

26.

*Fluminũ, littora civitatis lãbentium curam, inſpectionem, ac per ea dominij tuitionem Civitas Lubecana gerit & uſurpat; quamvis*

*Iure Gentium enim flumina publica quoad uſum quidem ſunt communia; quoad proprietatẽ verò ſunt ejus populi, ubi ſunt flumina. §. flumina. Inſt. de rer. diviſ. Borcholt. de regal. no. 30. Ac regalibus conceſſis etiam flumina cõceſſa dicuntur. Bartol. in rubr. Ut in flumine publico, ubi inquit: curſus aquarum, fluminũ & lacus, pertinent ad eum cujus ſunt Regalia. Roſenth. d. cap. 5.*

ſimilia, communia permanent.

*uſus eorum communis, & cuilibet, etiam extraneo, navigatio libera ſit permittenda, modò ne ad æmulationem alterius fiat.*

*c. 5. concl. 30. Quapropter delictorum coercitio in fluminibus perpetratorũ pertinet ad Senatum Lubecenſem. Rebuff. in l. portus. 59. de V. S.*

## Thes: Rom: 27.

Dict. c. unic. d. l. portus *59.* ibiq; Alciat. no. *20.* de V. S. Cæpoll. de ſervit. ruſtic. præd. cap. *28.* no. *1.* Tholoſan. in ſyntagm. lib. *3.* cap. *14.* no. *7.* Borcholt. ad. d. c. unic. no. *38.* Sixt. lib. *2.* cap. 4. no. *1.* Roſenthal. d. c. 5. concluſ. *31.* Vult. d. n. 7. verſ. portus. l. *7.* C. de oper. publicis.

Portum jure Romanorum ad Regē non minus ac flumina pertinuiſſe, palam eſt. Eodem enim modo refertur inter Regalia quo & flumina, ſiquidem & hæc & ille ſunt publica, ac in jure Regali expreſſa.

## Antith. Lub. 28.

*Senatus Lubecenſis jure Regaliorum habet ſuum portū, ſeu ſtationem, ubi naves tutò ſtare, ingredi & egredi poſſunt, quem hactenus quietè tenuit, ac præſidijs firmavit. Unde à mercibus importatis & exportatis vectigal ſolitum exigit.*

*Etſi interpretes crebriore calculo, verbo portus intelligant vectigal quod pro tranſitu in portu, ſeu pro rebus, quæ in portum vel ex portu, invehuntur & evehuntur: Feudiſt. communiter: Nos tamen hoc loco cum Ulp. accipimus portum pro loco concluſo, & ſtatione navium,* für die Haue. *Nec rejicimus interpretationem, quæ, autoritate hujus vocis, vectigal pro mercibus ſolvendum probat; ſed eandem ſimul admittimus, & tāquam accidens ad portus tuitionem & refectionem pertinere aſſerimus.*

29.

Ripatica Regalib⁹ annumerantur, & ad Imperatorem ſpectant Quamvis ripæ ipſæ vix inter Regalia recenſeri poſsint; niſi quoad uſus defenſionem & protectionem, ſeu diſpoſitionem, circa uſum earum id commodius accipiatur, cum earum dominiũ ſeu proprietas juris privati ſit.

§. & quidem 2. verſ. riparum, ibiq; interpp Inſt. de rer. diviſ. Flumen enim non trahit ad ſe ripam, niſi conſiderato uſu neceſſario fluminis Cæpoll. d. tract. de ſervitut. ruſt. præd. cap. 36. de ripa. no. 11. Roſenthal. d. cap. 5. concluſ. 32. Peregr. d. lib. 1. tit. 1. no. 34. ripatica accipit pro omni jure publico, quod Princeps in ripis fluminum publicorum habet, vel reſpectu vectigalium vel aggerum, vel etiam juris transfretandi de ripa ad ripam.

30.

*Nos ripatica accipimus pro jure publico, quod Senatus Lubecenſis in ripis fluminum, ſive reſpectu vectigaliũ pro tranſitu riparũ ſolvendorum, vel intuitu aggerum, aut etiam conſiderato jure transfretandi de ripa ad ripam, ſeu contemplatione bonorum ex naufragÿ periculo in ripam delatorum, vel etiam delictorum in ea perpetratorum, habet.*

*Etſi enim riparum uſus publicus ſit Iure Gentium ſicut ipſius fluminis, ut naves ad eas appellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum ſit: jura tamen hæc publica ritè uſurpata, ad Senatum Lubecenſem pertinent: Quamvis proprietas earum ſpectet ad eos, quorum prædÿs adhærent. d. §. & quidem verſ riparum ibiq Schneid. n. 2. & 4. Inſtit de rer. diviſ. l. 5. ff. eod l. 15. ibiq Gothofr. de acquir. rer. domine*

*Theſ*

31.

Primò Romanis Imperatoribus vectigalia fuiſſe ſoluta indubium eſt. Cũ hoc jus ſolius ferè Imperatoris nomine, ſvadente Reipubl. neceſsitate & utilitate, inductum ſit; à cujus præſtatione nemo, niſi ſpeciali privilegio exceptus, immunis habetur.

Leg. inter publica 17. §. 1. & ibi Dd. ff. d. V. S. leg. omnium & leg. quicquam Cod. de Vectigalib. leg. 1. C. Nova vectigal. Inſtit. non poſſe Roſenth. de Regal. cap. 5. concl. 34. Knich. de jur. Sax. in verb. zol. c. 5. Mynſing. cent. 5. obſerv. 29. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 6. num. 14. & ſeqq. Reichsabſcheidt. anno 1576. §. weiters ſeint wir & ſeqq. vid. l. vectigalia. 10. de publican. cap. innovamus X. de cenſib.

32.

*Senatus Lubecenſis vectigaliũ jura, in vim privilegij, ante tẽpora Comitis Adolphi impetravit, ac Imperatorià confirmatione tenuit. vid. Cranzium Vandal. lib. 6. cap. 26.*

*Vocabulum vectigalium hoc loco latè accipimus, pro omni eo, quod Fiſcus vel Civitas non tantum ex rebus importatis & exportatis, ſed de omnibus rebus venalibus & oneri ſubjectis, capit. tot. tit. Si ager vectig. l. unic. de loco publico fruendo. l. injuriarum, §. fin. ff. de injur. Peregrin. de jure fiſci Rubr. de conduct. & emtoribus gabellarum tit. 5. no. 1. & 2. lib. 6. Borch. in c. unic. Quæ ſunt Regal. no. 45. Pertinere verò hoc Regale ad Senatum Lubecenſem, non minus ac ad reliquos ſtatus, inter alia probatur doctrinâ interpretum, nempe ſi quis territorium cum jurisdictione poſſideat, eum ſimul & vectigalia conceſſa poſſidere. Nam vectigalia inter jurisdictiones territorio cohærentes referuntur. Bald. in l. ſi plures no. 14. C. de condit. inſert. & in l. ſtipendia 4. C. de execut. rei judic. Quapropter inveſtitus caſtro vel alia re immobili, cum territorio & jurisdictione, etiam omnium vectigalium in iſto termino exiſtentium jus acquiſivit. Præpoſit. in c. unic. in princ. Col. fin. de capitan. qui curiam vendidit. 2. feud. 51.*

Sigiſmund.

*Sigiſmund. Neapol. conſil. 24. no. 14. & alij à Ludolpho Schradero in tractat. feudal. part. 3. cap. 4. no. 38. & Roſenthal. in ſynopſi feudali cap. 5. concl. 33.*

## Thes: Rom: Antith. Lub.

33.

Jure Romano jus cudendæ Monetæ adeò erat de reſervatis Principis, ut Dominis inferioribus Regalia habentibus, monetas cudere minimè licuerit, niſi privilegio, vel tãti temporis intervallo, quod privilegium inducebat, id acquiſiviſſent, & hoc ideò, ne Moneta facilè adulteraretur.

34.

*Senatus Lubenſis hanc regalis dignitatis & ſuperioritatis indubitatæ teſſeram indè à multis indictionibus, non ſaltem cudendi, ſed & æſtimandi monetam ſuam jus habuit & habet*, haben jhren eignen Werth oder Valor / wie auch Goldt vnd Silber-Müntz.

Peregrin. lib. 1. tit. 1. no. 25. VVeſ. conſil. 60. num. 31. Roſenthal. d. c. 5. concluſ. 48. Knich. d. tract. c. 5. verb. Müntz gerechtigkeit. Quod & poſterioribus hiſce ſeculis fuit obſervatum. Tempore enim Caroli IV. Regi Bohemiæ; deindè Electoribus ex ſingulari gratia id fuit conceſſum. Aurea bulla Carol. IV. §. ſtatuimus præterea 10. tot. tit. C. de falſ. moneta. Omnis enim cujuscunq; ſtatus vel conditionis hoc Regali carens, qui monetam etiam juſti valoris cuderit, læſæ Majeſtatis reus efficitur ac graviter punitur. l. 1. & 2. C. d. tit. Dd. communiter ad c. unic. 2. feud. 56. Conſtitut. criminal. Carol. V. artic. 111. ibi: oder aber

*Inſigne enim regalis conceſſionis τεκμήριον eſt, hanc Rempubl. peculiarem & à communi Imperij valore diſcrepantem habere æſtimandi rationem. Peculiares enim aureas & argenteas maſſas ſeu marcas* jhre eigene valvirte Gold vnd Silber Marck, *deinde florenos & ſolidos Lubecenſes ab Imperij æſtimatione diſcrepantes, cudunt.*

ohne

ohne habende freyheit etc. Sixtin. d. l. 2. cap. 7. no. 109. & ſeqq. Vide omninò Damhud. in prax. criminal. cap. 65. de monet. adulterator. Ubi quinq; modos adulterandi monetas recenſet, ac inter adulteratores eos peſſimos judicat, qui hodiè probam & juſtam monetam redimunt, welche die Reichsthaler/ vnd andere Müntz ſorten/ an- vnd zu ſich wechſelen/ eamq; adulterando commutant, ac flammarum ardore liquefaciunt & comminuunt, vnd ſetzen ſie hinwiderumb in den Tiegel/ vnd prägen andere ſorten darauß: ac ita ex groſſa moneta, minorem, & quidem minus probam, conficiunt & cudunt. Verba ejus ſunt valdè Emphatica, quæ dicto loco legi poſſunt. Ne autem quis putet Damhuderium ſine fundamentis illa ſcripſiſſe, inſpiciat d. conſtitut. Carolinam art. 111. his verbis: Wo einer eines andern Müntz vmbpräget/ oder widerumb in Tiegel brechte/ vnd geringe Müntze darauß machte/ der ſol an Leib oder Guth nach geſtalt der ſachen geſtraffet werden. Vid. Receſſus Imperij de anno 1551. §. dazu das ſich etc. vnnd Ferdinandi Müntzordnung anno 1559. §. wiewol nun ſolche/ & ſeqq. aliaq; loca & autoritates à Jacobo Alemanno conſultat IIX. de jure monetæ quæſt. Princip. XIV. tertio membro collectas. Imò Principes, ejuſmodi adulterationibus monetæ conniventes, privantur regali hac dignitate d. art. 111. in fin.

## THES: ROM: 35.

Feudiſtæ communiter ad d. c. unic. Roſenthal. d. c. 5. concluſ. 49. Sixtin. d. l. 2. c. 8. n. 1. Tholoſ. d. l. 3. c. 17. in fin. Vult. ſupr. allegat. n. 7. verſ. jus mulctandi. Cammergerichts ordnũg part. 1. tit. 16. §. der Keyſerliche fiſcal. & ſeq. Peregrin de jur. fiſc. lib. 4. tit. 8. no. 1. & 2. l. 5. l. fin. §. 4.

Pœnarum mulctarumq́; compendia Fiſcò ſeu regiæ utilitati applicabantur. Quarum illæ ferè ſunt certæ ac legibus expreſſæ, ideoq́; nulla ab eis datur appellatio: Hæ ſũt arbi-

## ANTITH. LUB. 36.

*Senatus Lubecenſis in vim Regaliorum, & juris fiſci omnes pœnas & mulctas ex delictu, cõventioni-*

*Vid. lib. 1. Iur. Lubec. tit. 1. art. XII. tit. 2. art. 3. 4. 5. & tot. lib. 4. Et quaquam in jure Lubecano paſſim pœnæ in articulis ſeu §§ ſuprà allegatis, & aliis, ſint expreſſæ ac definitæ, earũq; determinationem judex in pœnis irrogandis non poßit, nec debeat excedere, ſed pœnam jure ex-*

C. de mod. mulct. l. ſi qua pœna. 244. de V. S. l. aliud fraus 131. §. 1. d. tit. Mynſ. cent. 3. obſerv. 43.

trarlæ, ideoq; provocationem admittunt.

*bus & aliis cauſis provenientes, capit, & ab invitis nonnunquam exigit.*

*re expreſſam præciſè ſervare, d. l. ſi qua pœna. in fin. l. 1. in princ. ff. de fugitiv. Ideo quod mulcta hâc ratione differat à pœnâ, cum hæc ſit ſtricta, illa arbitraria. d. l. 244. Statuimus tamen Senatum Lubecenſem pro arbitrio poſſe pœnam ſtatutam augere, vel diminuere, cum hodiè omnia judicia ſint extraordinaria, nec jure civili pœna ordinaria ita ſtrictè ſervetur, per l. Hodie 13. ff. de pœn. l. fin. ff. de furt. Cujac. in Parat. Cod. eod.*

## THES: ROM: ANTITH. LUB.

L. 1. l. Vacantia C. de bon. vacant. l. penult. C. de præpoſ. ſacr. cubic. l. fin. C. de petit. bon. ſublat. l. quidam 96. §. 1. ibiq; Gothof. de legat. 1. Roſenth. d. c. 5. concl. 52. Peregr. d. lib. 4. tit. 3. no. 8. & ſeqq. Sixt. d. lib. 2. cap. 9. no. 1. & ſeqq. Borcholt. ad d. c. unic. n. 67. Vult. d. n. 7. verſ. jus bonorum.

37.

Lege Juliâ tribuebantur bona vacantia Fiſco, catenus ut à Civitatibus, quæ ea ſub prętextu privilegii ſibi vēdicabant, repeterērtur, niſi ex certa ſcientiâ & proprio motu eſſent conceſſa, vel aliàs legitime acquiſita.

38.

*Senatus Lubecenſis bona vacantia eorum, qui nullo relicto hærede legitimo ſive teſtati, ſive inteſtati decedunt, vel damnati ſeu proſcripti, neminem hæreditatis capacem relinquunt, capit, ac jure ſibi vendicat.*

*Per articul. Juris Lubecenſ. XIV. lib. 2. tit. 2.*

*Theſ.*

39.

Vocabulum Cancellariæ variè accipitur; aliquãdo pro ipſo loco, in quo juris Antiſtites, qui Principi à Conſilijs ſunt, conſilij capiendi cauſa conveniũt. Nonnunquam contentum pro continente, utpote Perſonæ, in loco Cancellariæ jura dictantes, hac voce denotantur.

Cancellaria apud Romanos dicebatur Promptuariũ ſive officina juris & æquitatis, ex qua Principũ conſtitutiones, Sanctiones, Diplomata, Reſcripta, Regijq; Libelli prodibant, & tanquam ex juſtitiæ fonte, Imperatorum Reſponſa promanabant, interveniente conſenſu prudentum. Nefas enim putabatur, ſine decreto juriſperitorum Edicta promulgare; contra hodiè paraſiti Aulici relegationem Nomophylacum moliuntur.

40.

*Principes Germaniæ, & Civitates Imperiales, habent & ſuas Cancellarias, in proprio & abuſivo intellectu acceptas, quæ juris aſyla legũq; præſidia meritò dicũtur, è quibus tãquam oraculo Delphico, depromuntur juris Reſponſa, decreta, ac præjudicata, litigatoribus & conſulentibus danda.*

*Ita circa annum cIↄ. CCLIV. Teutonicus ordo in Livonia à Senatu Lubecenſi petijt juris Lubecenſis copiam, eamq; impetravit, uti manuſcripta noſtra exemplaria nos edocuerunt: Non ſecus ac Romani ab Athenienſibus decem tabulas impetrarunt. Nec non idem factitarunt confœderatarum Anſeaticarum Civitatum populi, qui in hodiernum usq; diem hoc jure utuntur, ita ut ex inſigni hac Republica, tanquam ex juſtitiæ fonte, leges Lubecanæ, in oras haſce maritimas profluxerint; ita ut rectè legum & juſtitiæ aſylum affirmari poſſit. Quapropter non ſine injuria denegatur ei jus Cancellariæ, nec hujus, uti & aliarum Civitatum Cancellarijs, quicquam detrahit, quod*

viros titulo Cancellariorum inſignitos non alant. Habent enim ſuos Juriſperitos vel Aſſeſſores, quos Syndicos ſeu advocatos nominant, qui in jure vocantur Cancellarij l. 3. 5. & 8. Cod. de aſſeſſor. & Cancellar. judic. cum eorum munus ſit grave. Requiritur enim à Syndico ſeu tali Juris antiſtite, ut omni doctrinarum & virtutum genere ſit inſtructus, conſilioq; & patrocinio Dominis ſuis aſſideat, l. 2. fideliter ſuo fungatur officio, l. 3. alienis & ad ſe non pertinentibus ſe non immiſceat, l. 4. nihil ex ambitione, avaritia, vel temerariè faciat. l. 5. & 6. licitis ac honeſtiſſimis lucris peculium augeat, l. 4. non jus ſine decreto judicum dicat, l. 13. ſed talem ſe gerat, ne ullius de populo accuſationem metuere neceſſum habeat. l. 3. 8. 9. & 11. C. de Aſſeſſ. & domeſticis.

## Thes: Rom:

### 41.

Impropriè Cancellaria accipitur pro loco ſeu cellula cancellis munita, in qua cancellarij ſupplices Libellos cancellabant vel aſſervabant, uti ex inſcriptione marmori inſculpta, quæ Romæ extat, T. Aproniani, urbi præfecti, cõjicere licet.

In hoc ſignificatu improprio putamus vocabulum Cancellariæ denotare etiam Archivum ſeu ἀρχεῖον, quod apud Romanos erat domus Principis vel locus, in quo inſtrumenta publica & privata, ad faciendam fidem, deponebantur. l. Moris. §. ſolent. 6. ibiq; Gothofred. ff. de pœn. L. ſancimus 30. C. de Epiſc. audient. l. 20. §. 1. C. de agric. & cenſit. Paul. lib. 4. ſentent. c. 6. §. 1. ibiq Cujac.

## Antith. Lub.

### 42.

*Archivũ Principũ Imperialium, & aliarum Civitatum, eſt locus, in quo omnis generis documenta, privilegia, nec non inſtrumenta literaria, ad publicã fidem faciendam, reponũtur & aſſervãtur, qui rectè dicitur publicus.*

*Qui de Lubecæ aliarumq; civitatum locis publicis ſeu Archivis dubitat, eidem libeat ea inſpicere, vel ſaltem magnificum hujus urbis locum ſeu curiam, in qua aſſervantur publica & privatorum inſtrumenta, contemplari; & deprehendet illuſtrè huic ædificio reſpõdere acta & acticata eo in loco aſſervata & publico loco digna. Nam quemadmodũ jus inhabitandi regia palatia, nemini, præterquam Regi,*

*aut ei, cui is conceſſerat, antiquitus licuit l fin. C. de offic. Rector provinc. l. quocunq; 17. de operib. publ. l unic. C. de palat. & dom. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 17. no. 1. & ſeqq. Vult. de feud. lib. 1. cap. 5. no. 7. in verb. Palatia: Ita magnificentia horum ædificiorum publicorum magnificum Statum hujus Reipubl. haud obſcurè indigitat. Habet quoq; Senatus Lubecenſis aliud Archivum commune confœderatarum Civitatum, quo Anſæ privilegia, receſſus ac placita continentur, de quo aliàs.*

## Thes: Rom: Antith. Lub.

Leg. 4. in fin. l. 27. l. 31. ff. de pœnis. Clar. in pract. criminal. lib. 5. §. fin. quæſt. 59. no. 1. & 2. Knich. de jur. Sax. c 5. verb. jus veniæ. no. 467. VVeſenb. in paratit. ff. de ſentent. paſs. no. 2. & 3. Quanquam ab Ulpiano vocabulum, Securitatis in leg. 10. ff. ad l. Juliam Majeſtatis, aliter accipiatur pro crimine quod contra fidem publicam ſeu adverſus populum Romanum eſt admiſſum.

43.

Salvi conductus, ſeu ſecuritatis cōceſsio, nota juris ſuperioritatis eſt, quæ jure Romano ſoli Imperatori competebat, cum nemo alius, ex ubi commeatum & remeatum dare poſſet.

44.

*Senatum Lubecenſem delinquentibus & aliis poſſe ſecuritatem, ſeu poteſtatem veniēdi & recedendi, concedere, ex jure Lubecenſi & conſuetudine liquet.*

*Art. XI. lib. 1. tit. 1. conceſsio ſalvi conductus ſeu ſecuritatis delinquētibus facta, jus ſuperioritatis evincit. Vide Cephal. conſil. 458. no. 37. lib. 4. & Choppinum de Doman. lib. 2. tit. 8. no. 13. Knich. d. c. 5. in verb.* gleidt. *no. 102. & in tract. de jur. territor. cap. 3. num. 433. Et in ſua Encyclopæd. c. 12. Securitatem enim euntibus præſtant & jus huic Regali cōpetens,* welches *habent.*

zur Glaidlichen Obrigkeit gehöret /

45.

L. 3. ff. ad leg. Jul. Majeſt. l. unic. Cod. ut armor. uſus. cap. Quid culpatur. 13. quæſt. 1. Peregr. de jur. fiſc. lib. 1. tit. 1. n. 15. Roſenthal. d. c. 5. concl. 19. lit. e. Gail. lib. 1. de pac. public. c. 4. no. 6. & ſeqq. Cam̃ergerichts ordnung. part. 2. tit. 15. ibi: Auß der Käyſerlichē Majeſtät/ oder vnſerm zugeben vnd erlaubnuß. Reichsabſchied zu Augßburg anno 1555. & paſſim in Receſſibus Imperij.

Jure Romano Imperator ſolus, ſeu ſuperiorem nō recognoſcēs, autoritatem & poteſtatē indicēdi bellum habet: Inferiores enim bellum molientes, in læſæ Majeſtatis, & pacis publicæ crimen incidunt, & veluti pacis publicæ violatores, etiam ex recentioribus, Imperatorum conſtitutionibus, plectuntur.

46.

*Senatus Lubecēſis, non minus ac reliqui Imperij Status ijs caſibꝰ, quibꝰ ab aliquo, quicūque ille ſit, vi injuſtâ impetitur, & à ſuperiore indefenſus relinquitur, jus belli ac legitimæ defenſionis habet.*

*Defenſio enim eſt juris divini, naturæ, gentium & civilis, tempore neceſſitatis non ſolum privatis, ſed & collegijs licitis, Rebuſpubl. adeoq; ſuperioribus ac inferioribus Magiſtratibus conceſſa ac permiſſa. l. 3. ff. de juſtit. & jur. Ubi vocabulum* CORPORIS *non de individuo cujuslibet hominis ſaltem, ſed etiam de collegijs, & corporibus publicis, accipi poteſt. Ubi dicitur: & patriæ vim propulſemus, l. 2. d. tit. Connexitas enim legum hanc interpretationem ſuadet. Et dilucidius ex l. 5. ff eod. conſtat; Ubi dicitur: Ex hoc jure bella, ſcilicet ad defenſionem ſuſcepta, eſſe licita, & l. 1. §. 27. de vi & vi armata. l. 4. l. ſcientiam. 45 § pen. ad l. Aquil. l. 1. Cod. unde vi. Iure Lubecenſi lib. 1. tit. 2. art. 1. ibi:* zu ſeiner wehre ſtehen/ *& art. 3.* zu deroſelbigen widerwertigen vnd Feinde. *Vid. Bonum in ſuo Chronic. Lubecenſ. paſſim. & Crantz. qui in ſuâ Saxonia cap. 41. teſtatur: Lubecenſibus ſe ultrò imperio ſubjicientibus ab Imperatore Friderico II. hoc privilegium*

*vilegium & beneficium fuiſſe conceſſum, ut armis ſe, ſuamq́; libertatem defendant. Cujus conceſſionis ſeu defenſionis exempla, præclarè geſta, varia commemorat idem Crantz. Vandal. cap. 7. & 14. lib. 33. aliјsq́; pluribus in locis. In ejusmodi enim Rerump. anguſtiјs juſtiſſima eſt Herenniј apud Livium lib. 9. ſententia. Semper eſt juſtum bellum, quibus omninò neceſſarium, ſemper pia arma, quibus nulla, niſi in armis, ſpes vitæ poſita eſt. At ſedulò cavendum, ne ex ambitione, quæ Græciam & Romam ſubvertit; civili diſcordia, quæ noſtro ſeculo Galliam florentiſſimam ferè oppreſſit; dominandi libidine, quâ a Cæſare Pompejus capite truncatus fuit, bellum quæratur ſive ſuſcipiatur, ne bellum belli dominum in belluam convertat; ſed eo fine ſuſcipiatur, ut pacem habeat voluntas, bellum verò neceſſitas c. nolt. 23. quæſt. 1. Gail. 2. obſerv. 57. no. 3. & ſeqq. & de pace publ. lib. 1. cap. 4. no. 19. & ſeqq. Lipſius 5. polit. 4. in fin. Qui enim injuſtum, minus neceſſarium, ſanguineum, ſeu cruore madidum, ambitionis & cupidinis habendi plenum, moverit bellum; is Deum vindicem habebit, ac tanquam aureæ pacis turbator cruentas dabit pœnas.*

## Thes: Rom: Antith. Lub.

L. 3. in princ. ibiq; Gothofred. l. 9. §. fin junct. leg. 10. ff. de Minorib. tot. tit. C. de his qui veniam ætat. Gœdd. ad l. Princeps 31. n. 1. 2. & 3. de V. S. Regalis enim eſt hoc dignitatis.

47.

De Jure Romano, olim Conſules & Prætores veniam ætatis, ſeu rerum adminiſtrationem, minoribus concedere non potuerunt.

48.

*Senatus Lubecenſis ætatis veniam ſeu annorum ſupplementum minoribus 25. annis, id ex juſta causâ petentibus, indulget.*

*Artic. alt. lib. 1. tit. 2. Etſi verò hoc jus apud Romanos Regium fuerit Hodie tamen non ſolum liberis imperiј; ſed & aliјs civitatum moderatoribus, id competit. Unde patet, eorum Magiſtratûs eſſe eminentiorem ſtatu Decurionum.*

Theſ

49.

'Antiquorū conſulum Romanorū, ſplendore Imperij ac poteſtate cōſideratâ, nulli ex Magiſtratibus, etiam illuſtrioribus illis hujus ſeculi comparari poſſunt. Regiâ enim poteſtate abſolutâ claruerunt, jus militiæ, ſummum habuerunt, ſocijs, quicquid viſum fuit, imperare potuerunt.

Regibus enim ejectis Conſules duo à populo creati ſunt, quorū poteſtas initiò erat Regia §. Exactis 3. de orig. jur. Livius lib. 1. in fin. Varro lib. 4. lat. linguæ. Quæ tamē plebis poteſtate aucta, & Reipub: formâ toties immutatâ, valde fuit imminuta, ut tempore Juſtiniani præter inane & ſine viribus nomen ferè nihil illis ſit relictum. Vid. Dionyſ. lib. 1. Plutarch. in vita Publij. Pyrrhum lib. 2. Magiſtratuum.

50.

*Conſulum nomē à juris Lubec. compilatoribus, uti & reliquarū Civitatum moderatoribus, Etymi voce ejusq; proprietate conſideratâ, non affectatè ſed juridicè uſurpatur. Eſtq; ordinis Senatorij ampliſſima dignitas, prærogativâ ſeu eminentiâ quâdam præ cæteris fulgens ac poteſtatem convocandi ſenatum ac populum, nec nō referendi ad eum, habens.*

*Dicimus, Etymo vocabuli conſiderato, hoc conſulum nomen non incommodè noſtrarum Rerump: primoribus attribui. Deducitur enim à conſulendo non autem à regio ſplendore, dignitate, poteſtate & eminentia. Nec à juris ac bonorum autorum præceptis alienum eſt, ut nomina Magiſtratuū Majorum, minoribus accommodentur. Exemplo vocum: Prætoris, Ducis Regis. Nam & ipſi Romani, priusquam ulla ſemina Monarchiæ eſſent jacta, moderatoribus ſuis nomina Regum indiderunt. Id quod fecerunt & Lacedæmonienſes, quamvis Æmilius Probus in Ageſilao rectè ſcribat,*

Reges

Reges Lacedæmoniorum, nomine magis fuiſſe quam Imperio. Quod & Machiavellus c. 2. lib. 1. diſertè notat. Apud Spartanos Lycurgus leges ita inſtituit, ut Regibus ſua dignitas, optimatibus ſua potentia, & populi legitima libertas conſervaretur. Et quanquam Civitates Anſæ Civitatibus Græciæ, inſpectâ illarum formâ, in omnibus ac per omnia, non ſint comparandæ: potentiâ tamen, ſplendore, magnificentiâ, & juſtitiæ normâ conſideratâ eis parum aut nihil cedunt. Fœdus enim, quod inter ſe habent, eſt legitimum, in aurea Caroli IV. bulla, & receſſibus Imperij admiſſum & comprobatum, vide Receſſum Imperij Auguſtæ anno 1548. habitũ, §. vnd als erſtlich in ſolcher Ringerungs handlung & §. ſolchem zu begegenen ſeq. & paſſim, ac à Regibus vicinis, Hiſpaniæ, Galliæ, Angliæ, Daniæ, Sueciæ, magno Muſcoviæ Duce alijsq; Heroibus, magnis & eximijs beneficijs atq; privilegijs ornatum & auctum: qui etiam frequenter miſſis ſuis legatis de fœdere pangendo, ſocietate ineunda, mutuis commercijs exercendis, cum illis egerunt, ac tanquam licito & approbato corpori ſemet junxerunt, atteſtantibus annalibus in comitijs Anſeaticis congeſtis & alijs hiſtoriographis. Quid? Imperatores ipſi per ſuos legatos ampliſſimum hoc Collegium Anſeaticum de auxilijs faciendis, ſeu copijs adverſus Turcam mittendis, ſollicitarunt. Et licet Senatus Lubecenſis reputetur caput hujus collegij; ſocijs tamen confœderatis non imperat, minus legem dat, eosq; non ut inferiores, ſed pares habet, conventus nullos ſine Vandalicarum Civitatum placito indicit, nec voto ſuo quenquam ſuperat, nec præter magnifici hujus Collegij, (quod adventans honorificis excipit muneribus,) directionem, quicquam ſibi arrogat.

## THES: ROM: ANTITH. LUB.

**51.**

L. Pupillus 239. §. Decuriones. 5. ff. de verb. ſign. l. 2. ff. de Decur. Bart. ad l. 1. ff. hoc tit. de Decurion. l. 1. ff. de albo ſcribend. l. 2. Cod. de defenſorib. Civit. VVeſenb. in paratit. ff. de Decurion. no. 2.

Decuriones Romanos quidã ex eo dictos ajunt, quod initio, cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui ducebã-

**52.**

*Decuriones ſeu Senatores noſtrarum Rerump: nominis & rei circa*

*Dico, SUBLIMIORE IURE GAUDENT. Quia habent & exercẽt merum mixtumq; Imperium: Cum è contrario Magiſtratus municipalis ſive Decuriones Romani facere non potuerint ea*

tur conſilij publici gratâi conſcribi ſolita ſit. Qui inter Municipes, velut Senatorius ordo & Magiſtratus, & in his præcipuum locum Duumviri, tanquam conſules, obtinebant.

*quàm verſantur, qualitate conſideratâ, cum Romanis non conveniũt, ſed longè ſubliori ſtatu gaudent. Collegium enim Decurionum Lubecenſium eſt Senatorius ordo ſive Magiſtratus perpetuus, publici conſilij ac jurisdictionis exercendæ causâ, cum abſolutâ cognoſcendi & ſententiæ exequendæ poteſtate in civitate ritè conſtitutus.*

*quæ magis Imperij quam juriſdictionis ſunt. l. Ea quæ, ff. ad Municipalem, l. Incola 29. ff. eod. 2. Decuriones Romani præerãt civitatibus, quæ privatorum loco habebantur. l. Eum qui 16. ff. de V. S. Decuriones autem ſive Senatores noſtrates, ejuſmodi civitatibus ſeu Rebuſpubl. præfecti ſunt, quæ non privatorum loco cenſendæ, cum jurib. utantur publicis in ſacris & Politicis. 3. Præſides provinciarum Civitatibus Municipalibus liberè imperant. l. 1. & tot. tit. de Decurion. Novell. 15. de defenſor. Civit. Etſi enim pleræq; Civitates Germaniæ ſuos Principes, eorũq; ſuperioritatẽ agnoſcant; non tamen hi pro libitu eis imperant, ſed in ſuo ſtatu ac vigore eos defendere ac relinquere tenentur. Henning. Gœd conſil. 31. no. 7. & ſeqq. 4. Decuriones Romani nec jus nec uſum Regaliorum habuerunt vel uſurparunt. tot tit. de Decurion. Senatores autẽ noſtrarum Rerumpubl. partim jura, partim uſum Regaliorum habent: cum notoriè exigant vectigalia, cudant monetam, fabricent arma, exerceant jus ſalvi conductus, riparum, mulctarum, pœnarumq; exactionem, bonorum vacantium, Archivi, quamvis aliæ alijs ſint eminentiores. Dico, PERPETUUM MAGISTRATUM, ſive conſideres ordinem; ſive ſingulorum membra ſeu individua; ſemel enim in numerum Senatorum cooptatus, patribus conſcriptis refragantibus, conſulatu ſeu Decurionatu ſe abdicare, eumve relinquere nequit. l. 1. ff. de Decurion. l. 35. l. 50. C. eod.*

Theſ.

THES: ROM: ANTITH. LUB.

L. 3. §. ſpurios. 2. ff. de Decurion. Non enim impedienda eſt dignitas eſt jus qui nihil admiſit. l. 6. dict. tit. Naſcendi enim conditio infames non facit; ſed vitæ, inſtitutiq; ratio turpis. cap. Undecunq; cap. Nunquam. c. Naſci, diſtinct. 56. dict leg. 6. de decurionib.

53.

Decuriones ex omni ferè hominum genere eligebãtur, ita ut & ſpurij admitterentur, qui tamen, competitori legitimè electo cedere cogebantur,

54.

*Jure Lubecano in Senatoriũ ordinem non recipitur, qui mechanicam artem exercent, ſive beneficio Senatus fruitur. art. 1. lib. 1. tit. 1.*

*Etſi opifices, teſte Ariſtotele lib. 7. c. 8. in Republ. ſint neceſſarij; excludebantur tamen olim Reipub. honoribus. Cum nemo poßit virtutm ſectari, qui in vilibus negocijs & opificijs vitam traducit, ſuadente Demoſthene in orat. de Republ. ordinand. Et Reipubl. interſit, ne in ſtatu optimatum honeſtiores, dignioresq; à vilibus, abjectis & imperitis regantur. VVeſenb. conſil. 40. no. 13. Pugnat inſuper cum illorum miniſterio, officio & arte. Inde enim artifices, autore Feſto lib. 1. dicti, quod per artus ſeu manuum exercitium ſcientiam ſuam exerceant, & ad ſola opificia ſe arctent, non verò ut imperij gubernationem affectent. Experientia quoq; ipſa docet, vulgi regimen eſſe lentum & cruentum: plurium enim capitum conſilia, & quidem imperitorum, nunquam ſana, uti evidentißimis rationibus & exemplis probari poſſet. At jam nec libet nec liceat hydram attingere.*

THES: ROM: ANTITH. LUB.

L. Jurisjurandi 9. §. 1. ibiq; Gothof. C. de teſtib. l. 20. ff. de quæſt. ibiq; Gothofr. l. ubi numerus 12. ff. de

55.

De jure Civili unius hominis teſtimoniũ, etiamſi præclaræ

56.

*De jure Lubecano unius Senatorij or-*

*Textum hunc accipio de actibus teſtamentarijs, & alijs inter vivos celebratis, quibus expediendis Sena-*

teſtib. Hypol. de Marſil. ſingular. 47. Ægid. Boſſ. in tractat. oppoſit. contra teſtes. num. 70.

curiæ honore prefulgeat, regulariter nullum eſt. Ad minimũ enim, ubi numerus teſtium non adjicitur, duo requiruntur. Cum pluralis elocutio numero duorum contenta ſit.

*dinis, teſtimonio reliquis jam demortuis, probantur cõtractus, tranſactiones, teſtamenta, & ſimiles actus, ſi illi à collegio ad ejusmodi actionis perfectionem ſint deputati.* art. *3.* lib. *1.* tit. *1.* jur. Lubecenſ.

*tor ut judex vel arbiter à collegio eſt deputatus, in verb:* wan ſie vom Rath zu den ſachen verordnet. *Et deſumpſit legislator fundamentum ex jure Saxonico lib. 3. art. 88. ubi ſtatuitur; judici ſeu Scabinis adhiberi plenam fidem. Noſter verò textus requirit juramentum ex vulgata regula: Quod teſti injurato non credatur d. l. jurisjurandi 9.* C. *de teſtib. Imò ne judici quidem; cum & is de actis & geſtis coram ſe, mediante juramento, teſtimonium perhibere debeat, ſecundum gloſſam in c. ſtatutum 2. q. 6. Bald. in l. In arbitris, in verbo ſermonis Cod. de arbitris.*

THES: ROM: ANTITH. LUB.

Et tum demum juramenti delatio locum habet, ſi juſtæ cauſæ ſuſpicionis ſubſint, judici quid datum ſeu promiſſum eſſe. Is enim jurabit, nec ſeipſum, neq; per alium quicquam acce-

57.

De jure Civili judices δωροφαγίας ſeu corruptionis ſuſpecti, jurare coguntur, ſe quicquam munerũ aut

58.

*Jure Lubecano indifferenter omnes quotannis eo tempore quo offi-*

*Per text. expreſſum lib. 1. art. 4. tit. 1. in verbo.* des ſol ſich ein jeglicher. *Eleganter Xenophon de Repub. Lacedæmoniorũ notat, Reges ſingulis mẽſibꝰ juraſſe, ſe ſecũdũ leges gubernaturos. Ægyptij*

largitionum nec per ſe, nec per alios recepiſſe.

piſſe, aut ſibi promiſſum eſſe. Auth. Novo jure Cod. de pœn. jud. qui malè judic. Ac convictus, quod in cauſa Civili ſeu pecuniaria ſe corrumpi paſſus fuerit, DATI, triplum, PROMISSI duplum reſtituet; &c, cingulo amiſſo, dignitate ſeu ſtatu privabitur, parti læſæ inſuper diſpendij æſtimationem præſtabit. l. fin. dict. tit. de pœn. jud. Si cauſa criminalis fuerit, confiſcatis omnibus bonis in exilium mittetur. d. Authent.

*ciorū mutatio ſeu translatio fieri ſolet, peculiari juramento ſe ab omni ſiniſtrâ ſuſpicione corruptelarum exonerare tenentur.*

*gyptij ac Thebani juſtitiæ imaginem cæcam & ſine manibus pingebant, ne vel munera capere, vel oculos in cujuſquam gratiã deflectere poſſet Diodorus lib. 1. Munerum enim receptio, jure Divino, Canonico & Civili eſt interdicta, Exod. 23. no. 8. Deuter. 16. verſ. 19. Eccleſiaſt. 20. no. 31. Pſal. 15. verſ. ult. cap. Qui rectè 11. quæſt. 3. tot. tit. Cod. de pœn. jud.*

## Thes: Rom: 59.

Jure Civili acerrimè cõtrovertitur: num ſecuritas homicidis, adulteris, vel ſimilibus criminoſis, ſufficientem cautionem deſiſtendo, tempore ſententiæ definitivæ offerentibus

Per ea quæ Cynus in l. præſenti 6. Cod. de his qui ad Eccleſ. confug. Cagnol. in l. Ea eſt natura 65. ff. de Reg. jur. Modeſt. Piſtor conſil. 49. lib. 2. Moller. lib. 2. ſemeſtr. c. 1. Color. deciſ. 1. 65.

## Antith. Lub. 60.

*Jure hoc noſtro Lubecenſi, uti & Saxonico, controverſia hæc eſt deciſa, nempe omnibus*

*Cui ſalvi conductus conceſſioni hic tacitus ineſt intellectus ſeu conditio, ſi criminoſus ſalvi conductus fines non egrediatur, & litis eventum ſeu ſententiam definitivam expectet, nec de fuga ſe ſuſpectum faciat, vel inſimulati criminis indubitatò cõvictus*

data, ſit ſervanda. Nos eorum ſententiam, qui criminoſo fidem datam ſervandam cenſent, veriorem, & æquitati conventiorem putamus.

*ſalvum conductum, de non apprehēdendo ſeu incarcerando datum, ſub pœna decem marcarum argenti, & unius floreni ſingulis Senatoribus, & ſeptem ac dimidij florenor. Lubecenſ. in auro perſonæ læſæ ſolvendorum, inviolabiliter eſſe ſervandum.* artic. XI. lib. *1.* tit. *1. jur. Lubecenſ.*

*victus ſit. Hoc enim fidejuſſores non admittit. l. 3. de exhib. Reor. Et eo caſu haud permittendum ut jus & juſtitia eludatur, vide quæ eleganter Modeſt. Piſtor. conſil. 49. lib. 2. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 16. hac de re tractant.*

THES: ROM: 63.

In interpretum diversâ opinione, an criminalis injuriarum actio cum Civili ad palinodiam intentatâ cumulari poſsit? communior ſententia negat.

Vide Gail. *1.* obſerv. *65.* no. *5.* Mynſing. ad §. In ſumma, Inſtit. de injur. Blarer. ad l. diffamari, in pr. Cod. de ingen. manum. Quamvis diſſentiat Maranta in ſpecul. part. *4.* diſtinct. *1.* no. *9.* & *10.*

ANTITH. LUB. 62.

*Iure Lubecano criminalem cum civili in eadem actione cumulari, ſimulq; ad pœnam, & judici & parti læſæ ſolvendam agi poſſe, certū eſt. art. XII. lib. 1. tit. 1.*

*Injuria enim principaliter quidem perſonam læſam, conſequenter autem Magiſtratum concernit. Reipublicæ enim intereſt, ne in auguſtiſsimo Senatus conſeſsu, ſive curia, foro, alijsq; locis privilegiatis art. 3. lib. 4. tit. 4. uti nec in popinis, art. 5. dict. lib. 4. alter alterum verbali injuria*

*injuriâ afficiat; vel etiam facto lædat, art. 8. 9. & 10. 11. & 13. dict. lib. 4. de injurijs. Hac enim illicitâ actione, & partem eſſe læſam, & in publicas leges peccatum dicitur. Nec videmus, quid obſtet, quò minus actio ad palinodiam cum criminali cumuletur. Hic enim conſiderandum accuratè, non ſaltem perſonam eſſe injuriatam, ſed & Rempublicam læſam; ac ita diverſas eſſe injurias. Quo caſu tot ſunt pœnæ, & condemnationes, quot capita quibus injuria facta.*

## THES: ROM: ANTHITH. LUB.

Vid. Raphael. Fulgoſ. in l. ſi fugitivi. C. de ſerv. fugit. Ubi militiæ deſertionem vocat grande flagitium capitis pœnâ dignum, cum ſint proditores patriæ & ſecretiora conſilia inimicis prodant. Dec. conſil. 172. col. 4. Duar. lib. 1. diſp. cap. 4. Qui ex Airiano demonſtrat.

63.

Jus Romanum, eum qui belli tempore civitatem vel deſeruit, vel militiam mutavit, capite plectit; niſi pœnam mitiget tyrocinium *l. Deſertorem §. ſi plures*, vel miſeratio pietatis, ut cum pater filium ad pœnam offerat *l. 4. §. cum filium ff. de re militari.*

64.

*Jure Lubecano, ſi quis, Civitatem malitioſè deſerendo, ſe hoſtibus adjungit, inſidias cō- civibus vel civitati ſtruit, damnumq́ dat, omnibus facultatibus exuitur, & jure Civitatis privatur, donec Senatui reconciliatus fuerit, & damnum datum reſarcierit.*

*Iuridicè articulus noſter 3. lib. 1. tit. 2. in verbo.* freundlicher weiſe/ *malitioſum deſertorem & profugum, ab eo, qui ſimpliciter patriam deſerit, diſtinguit. non enim omnes deſertores eadem pœnâ plectuntur leg. 5. in princ. ff. de re militar.*

Theſ:

THES: ROM: ANTITH. LUB.

63.

Romani tempore belli vel aliàs ab hoſtibus capti, proprijs facultatibus ſe redimere potuerunt.

64.

*Ius Lubecanum, civibus ſuis extra bellum captis, videtur denegare poteſtatem ſe redimendi bonis ſuis, art. 4 tit. 2 lib. 1. Nec non idipſum & agnatis & peregrinis, ſub pœna corporali & confiſcatione bonorum, interdicere.*

*Intellectus tamen hujus ſtatuti longè eſt diverſus, & de ijs accipiendus, qui contra prohibitionem ſtatutariam, in art. 1. tit. 2. lib. 1. & alijs indigitatam, extra juſtum ac pro defenſione patriæ ſuſceptum bellum, capiuntur. Aliàs prorſus abſonus eſſet hujus articuli intellectus, ſi his, qui forſan negociorum ac rei familiaris cauſa, terrâ marive iter faciendo caperentur, de ſuo ſe liberare non liceret.*

THES: ROM: ANTITH. LUB.

67.

Jure Civili quilibet rei ſuæ moderator eſt & arbiter, ut habeat jus de re ſua liberè diſponendi aut vindicandi, niſi lex, conventio, vel vis prohi-

L. in re mandata. C. Mandat. l. 9. C. de Judæis l. ſi quis vi §. Differentiæ, ff. de acquir. poſſeſſ. Alciat. in l. Traditionibus. Cod. de pactis l. 2. §. 5. de aqu. pluv. arc. l. 8. 9. 11. Cod. de ſervitut. Bald. in l. 2. no. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel

68.

*Iure Lubecano nullus civium res ſuas hæreditarias; annuos ſive perpetuos reditus;*

*Reipublicæ enim intereſt, ne res civium deveniant in alienas manus, aut ſubtrahantur juriſdictioni & oneribus publicis. Zaſius in l. multum intereſt. 34. no. 2. de V.O. Gail. lib. 2. obſerv. 32. no. 3 & obſerv. 19. no. 2 & 3. ubi ait: ejuſmodi ſtatuta paſſim*

in

alien. jur. Gœd. ad l. verbis 120 no. 3. de V. S.

beât. Eſſe &' enim dominij eſt, diſponere ac vindicare. Aliàs illud Terentianum non immeritò locum habet, cujus in Eunucho Comicus meminit, apparet ſervum hunc Domini eſſe pauperis.

*vel etiam bona immobilia in extraneum, hoſpitem, vel alium qui jura Civitatis non habet, transferre, eiq; jure pignoris vel hypotheca concedere, minus vendere, aut ad fideles manus aßignare, vel quacunq; alia ratione à ſe abdicare poteſt. Contravenientes privantur re alienata, & Senatui 50. marcas argenti perſolvere coguntur. lib. 1. tit. 2 art. 5.*

*in Germania Civitatibus multa reperiri.*

THES: ROM: 69.

Vide hac de re Chaſſaneum in conſuetud. Burgund. Rubr. IX. de mains morts. §. l'Homme. X. Gail. d. obſervat. 32. no. 2. & ſeqq. ubi plures allegat.

Ex interpretum doctrinâ præcedens juris Lubecani conſtitutio, ne bona civium in extraneos transferātur, non extenditur ad Clericos. Cum eos à ſtatuti prohibitione exemtos dicant, imò, tale

ANTITH. LUB. 70.

*Jus ſtatutarium Lubecenſe usq; adeò inhibet alienationẽ rerum immobilium in Clericos*

*Nec putamus Statutũ hoc quicquam derogare libertati Eccleſiæ, cum ea nil minus in ſuo ſtatu ac vigore maneat. Huic enim cum diminutione Reipubl. causam ſuã meliorem ſeu pinguiorem reddere minime convenit. Imò eſſet contra libertatem Reip. ſi ei rēs propria*

ſtatutum eſſe contra privilegium & libertatem Eccleſiæ, doceant.

*faciendam, ut ne quidem ædificia, & loca illis aßignata, nec per modum emtionis, permutationis, vel alio modo poßint transferri, permutari, ſive ampliari: ſed ejuſmodi alienationem irritam haberi, jubet*, art. 5. tit. 2. lib. *1*.

*propria, ejusq; imperio ſubjectæ, ſubtraherentur, ac collegio clericorum adjicerentur. Quapropter ejuſmodi ſtatuta in Germania ſunt receptißima, teſte Gail. d. obſ. 32. n. 5. ubi ait, In Camera ejuſmodi ſtatuta fuiſſe approbata, uti & hoc jus, atteſtante præfatione noſtra, ab ipſis Impp. eſt confirmatum.*

THES: ROM: ANTITH. LUB:

71.

Varium jus apud Romanos, de ijs, qui ſolvendo non erant, reperitûr obſervatũ. Addicebantur enim creditoribus, & ſubindè nervo & compedibus ligabantur, bonis omnibus ſpoliabantur, corpora eorum ſecabantur: donec,

Bartol. Bald. Angel. Salicet. Paul. de Caſtro & alij ad l. *1*. C. Qui bon. ced poſſ. Matth. Brun. in tractat. de ceſſion. bonorum 3. q. *1*. Hotoman. illuſtrium quæſt, 26. Coraſ. lib. 3. Miſcell. cap 18. n. 12. Andr. Gail. lib. 1. obſerv. 26. Et de pace publica cap. 3. lib. 2.

72.

*Jure Lubecẽſi fraudatores & decoctores bonorum, non vero qui fati inclementiâ ſeu vi majore, puta incendio, naufragio,*

*Artic. 1. lib. 1. tit. 3. verb.* die perſon zu eigen annehmẽ/geſeglich einziehẽ laſſen/auch wol anlegen/wan er wil dem Herrn ſein arbeit thun. *Etſi hæc juris Lubecenſis conſtitutio videatur valdè iniqua & à lege & officio humanitatis aliena, æmulatur tamen in hoc jus vetus XII. tabularum & Saxonicũ.*

ob,

legis juliæ beneſicio, à carceris & verberum periculo fuerunt exempti.

*hoſtium ſeu latronum ac pyratarum incurſu, ſeu alio caſu fortuito, bonis exuti fuerunt, & ad flebile beneficium ceſſionis confugerunt, creditoribus addicuntur, ac carceri ac compedibus mancipantur.*

*ob fidem in negociationibus & mercimonijs ſummè neceſſariam. uti ex præfatione jur. Lub. præfixa ibi:* weil die Stadt ein Kauffsmans Stat auff handel vnd wandel gewiedemet iſt/ dabey trew vnd glauben ſein muß: *apparet. Et Saxones in hunc usq; diem eos, qui nequitiâ ſeu nimiâ ſocordiâ facultatibus ceciderunt, eaq; abliguriendo conſumpſerunt, nervo & compedibus mancipant. de qua re vide textum* Landtrecht. *lib. 3. art. 39. in princ. Cui concordat* Weichbild *art. 27. circà fin. Zobel. part. 2. diff. 30. Latè Coler. de proceſſ. Execut. part. 1. cap. 3. 4. 6. & 8. & part. 2. cap. 3. Et in ſuis deciſionibus deciſ. 135. Sachſ. lib. lib. 1. different. 10. Reinhard. part. 4. diff. 12. Quamvis recentiori Saxonum jure, & quidem conſtitutione Auguſti Electoris, vetus jus Saxonicum eatenus ſit correctum, ne ceſſionarij creditorum ſuorum ſævitiæ committantur, ac inſtar mancipiorum poſſideantur. Moller. lib. 1. ſemeſtr. cap. 36. vid. d. conſtit. Electoral. part. 2. conſtit. 22. ac Daniel. Moller. ad haſce ordinationes ſeu conſtitutiones Electorales, 22. per tot. Eandem carceris pœnam illuſtres Principes Megapolenſes, ad ſubmiſſam & ſedulam ſuorum ſubditorum inſtantiam, in ceſſionarios conſtituerunt, eamq; exemplo prorſus nobili, executioni mandarunt.*

THES: ROM: — ANTITH. LUB.

73.

Novell. 134. c. 9. Auth. Hodie novo jure, Cod. de cuſtod. Reor. Jaſ. in l. ad perſonas 15. ff. de jurejurand. num. 9.

Jure Civili fæminæ ob debita fiſcalia ſeu privata, aut delicta leviora, in carcerem duci nequeunt, maxi-

74.

*Jure Lubecenſi fœminæ non deceptæ, ſed decipiẽtes,*

*Incarcerationem mulierum permittunt verba d. art. 1. lib. 2.* hiemit aber iſt verbotten Fraws Perſonen den Creditorn an die

mè ſi ad fidejuſſoriam vel etiam juratoriã cautionem, excepto crimine graviſsimo, ſe offerant. Et ſi ſecus factũ fuerit, judices majores, viginti, minores, decem libras auri pendunt.

*molliter ac luxurioſè viventes, bona ſua obſcurè dilapidantes, & ſubindè ad ceſſionis beneficium confugientes, creditoribus quidem dedi prohibentur; hoc jure tamen pœnæ carceris non ſubtrahuntur, illisq́;, donec ad meliorem fortunam pervenerint, bona, ut & veſtimenta pretioſiora, usq; ad viles & quotidianas veſtes, auferuntur.*

die Handt zu geben. *Quæ prohibitionis ſeu ad manum creditoris addictionis incluſio reliqua beneficia creditoribus hîc conceſſa reſervat, uti hoc clarius in verbis finalibus hujus art. explicatur.* Sonſten mügen die erſte zwe mittel *&c. puta incarcerationem & bonorum ademptionem,* wider Fraws Perſonen gebraucht werden. *Carceris verò mancipatio civiliter hîc accipienda venit, ne fœmina ſcilicet in carcerem communem conjiciatur, ſeu vigilum cuſtodiæ committatur, hacq; ratione caſtitatis & pudicitiæ periculo ſubjiciatur: ſed in Monaſterium detrudatur, aut mulieribus cuſtodienda tradatur. Novell. 134. c. 9.*

## Thes: Rom: Antith. Lub.

Imò Coloni fugitivi Dominis ſunt reddendi. l. ſervos 12. C. de agricol. & cenſit. ita ut in ſervis fugitivis ullius temporis præſcriptio

75.

Jure civili triginta anni requiruntur, ut is, qui fundis rerũ privatarum addictus eſt, li-

76.

*Jure Lubec. annus & dies ad excutiendum ſervi-*

*d. lib. 1. l. L. tit. 3. art. 3. Quem textum Dominus Collega D. Cotman vol. 1. reſponſ. 10. no. 126. & ſeq. ſimpliciter ſupra dicto modo*

non attendatur. l. ſervum fugitivum 1. C. de ſerv. fugit. Cum ſui ipſius furtum faciant ac Domini poſſeſſionem intervertant. l. Ancilla 60. ff. de furtis l. 15. ff. de acquir. poſſeſſ. Et hoc vitium fugitivos, ceu umbra hominem, ſequatur. Recentiorum quoq; Imperatorum placitis hæc jura de ruſticis noſtrorum prædiorum, ſive adſcriptitijs ſunt renovata, & à Carolo IV. in aurea bulla §. cæterum comprobata.

beretur à Dominicâ poteſtate. *l. eum qui 6. Cod. de fund. Rei. privat.*

*tutis jugū mancipijs ejuſmodi jura Civitatis habentibus, eſt indultus.*

*modo accipit. Quāvis aurea bulla Caroli IV. d. §. cæterum 15. ejusmodi privilegia & conſuetudines locales tollere videatur.*

## THES: ROM: 77.

Leg. 1. de ſponſal. VVeſenb. in paratit. ff. eod. no. fin. Quod de jure noviſſimo ita correctum eſt, ut pænitens arrhas datas amittat, vel receptas reſtituat. l. pen. Cod. eod.

Sponſalia ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. A quibus olim, veteri Quiritū jure; alterutrâ cōtrahentium perſonâ pœnitente, recedere licebat, ita, ut patri hoc etiam liberum fuerit: Alij enim deſponſatæ, renunciare conditioni & nubere alij non prohibentur.

## ANTITH. LUB. 78.

*Spōſalia, jure Lubecenſi, ſunt firma ſeu mutua repromiſſio matrimonij futuri, ritè inter contrahentes celebrata. Quapropter hoc jure, & ferè generali totius Germaniæ conſuetudine, ſponſalia in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis peracta, nec partium diſſenſu, nec Magiſtratus authoritate, diſtrahi poſſunt.*

*Argumento art. 2. tit. 4. lib. 1. in verb.* ohne der Freunde Rath. *l. Nuptias de Reg. juris. Covarr. de ſponſal. part. 1. cap. 1.*



THES

79.

L.1. de rit. Nupt. §. 1. inſtit. de patr. poteſt. cap. illud X. de præſumpt. Covarruv. d. cap. 1.

Jus Civile definit Nuptias, maris atq; fœminæ conjunctionem, individuam vitæ conſuetudinem continentem. Quam vocem: Nuptiarum, non inconvenienter. *Cujac. in paratit. Cod.* alijq; de feſtivitate ſeu celebritate nuptiarum accipiunt, cum hæ ſequantur matrimoniũ conſenſu factum.

80.

*Jus Lubecanum nullã certam Nuptiarum nobis exhibet definitionem; Qua tamẽ ita deſcribi poſſunt: Quod ſint legitima maris atq; fœminæ, in nomine ſanctæ individuæ Trinitatis, interventu ſacerdotalis benedictionis, facta copulatio, ſive conſenſus ſponſalitij capti teſtatio & juſta adimpletio, effectum matrimonij habens.*

*Nuptiarum vocabulum hic non de conſenſu, quẽadmodum in l. Nuptias. d. R. I. ſed pro matrimonij conſummatione, ſeu ritu in conjungendis novellis conjugibus obſervato & peculiariter introducto, accipimus. Ius enim Lubecanum, ut matrimonium effectum ac perfectionem conſequatur, requirit, ut præter conſenſum, & alij ritus in hiſce locis conſueti, accedant ac perficiantur,* das daß Beylager ſey vollenzogen *art. 14. tit. 5. lib. 1. Et quanquam vocabulum,* Beylager/ *conſideratâ vocis proprietate, videatur poſtulare corporum conjunctionem ſeu commixtionem, cum* Beyliegen *nihil aliud ſit quam concumbere, ſimul cubare ſeu coire, uti Terent. in Hecyra: Nam, ajunt, tecum poſt duobus concubuiſſe eam menſibus: Compilatores tamen, meo quidem judicio, potius reſpexerunt ad communem uſum loquendi, quo vocabulum:* Beylager/ *accipitur* vor die vertrawung, *pro ſacerdotali benedictione, in facie*

*Eccleſiâ celebratâ. Verba enim potius ex communi receptâ & approbatâ loquendi ratione, quam proprietate parum conveniente ſunt accipienda: Cum uſus loquendi non minus vincat proprietatem, quam conſuetudo legem. l. 2. C. quæ ſit long. conſuetudo l. 7. §. fin. de ſuppell. leg. Iure itaq; poſt interventum flamineæ benedictionis, maritus dotem ſeu lucrum ſtatutarium petit: Quia jam onera non levia matrimonij, donatione propter nuptias, & alijs ſumptibus factis, ſuſtinere cœpit l. ſecundum 10. de Reg. Iur. §. ſed etſi Inſt. de Emtit. Inſtit. de legit. agnat. tutel. in med.*

| THES: ROM: | ANTITH. LUB. |
| --- | --- |
| 81. | 82. |
| Patris conſenſum de jure Divino, Naturali, Civili, ac Pontificio in nuptijs conciliandis neceſſariò requiri, ſanior & communior Dd. ſchola tradit. | *Etſi jur. Lub. de conſenſu parentum expreſſè nihil ſtatutum inveniatur: utriusq; tamen, tam matris quã Patris cõſenſum de hoc jure omninò requiri ſtatuimus.* |

*Sanctior nobis eſſe debet ſummi Iehovæ æqua quam dura hominis & antiquata lex, rigoroſam nimis patriam poteſtatem fovens. Ex quarto enim Decalogi præcepto par reverentia parentibus debetur. Ut & hanc divinam præceptionem ICti Romani agnoverunt l. Parentes 6. ff. de in jus vocand. l. Etiam militibus & l. Honori parentum 2. ff. de obſeq. parent. & patron. præſtand. Maxime in conciliatione nuptiarum l. Filia 20 Cod. de inoff. teſtam. l. 1. & l. In conjunctione 20. Cod. de Nuptijs, eamq; Poetæ carminibus approbarunt.*

Virginitas non ſola tua eſt, ex parte parentum eſt,
Altera pars matri, pars eſt data tertia patri.

*Hæc ſententia in praxi & Conſiſtorijs paſſim in Imperio Romano obſervatur, uti de Saxoniæ judicijs Eccleſiaſticis teſtatur Schneidewin. in inſtit. lib. 1. de nuptijs part. 2. in Rubr. An mortuo patre requiratur conſenſus matris no. 38. Eandem probarunt Illuſtres Megapolenſium Principes in politica ſua conſtitutione.*

*nione*, in ihrer Policey vnd Landordnung/ *ſub tit:* von heimlichen verlöbnuſſen / *uti & ſecundum Eccleſiaſticam ordinationem eorum ſub Rubrica:* von Ehegelübnuſſen ohne verwilligung der Eltern/ *idem ſervari ſtatuitur. Quam & reliquæ civitates omnes hujus Ducatus, partim proprio, partim communi jure ſervant, de quo inter alias vide politicam conſtitutionem ampliſſimi Senatus Roſtochienſis, ſub tit.* von verlöbnuſſen, *ut, brevitatis ſtudio, reliquorum Principum & Electorum provinciales conſtitutiones & ordinationes taceamus.*

## Thes: Rom: — Antith. Lub.

**83.**

Jure Civili liberi ſine conſenſu parentum nuptias contrahentes, non exhæredantur, ſed potius dubitatur: An ſtatuta loquentia, ne citra conſenſum curatorum vel conſanguineorum adoleſcens vel puella matrimoniũ contrahat, ſint juſta, legitima & fir-

Arbitror eorum ſententiam in perſonis curatorum juri & æquitati magis conſentaneam, qui ſtatuta ejuſmodi invalida pronunciant, arg. cap. Gemma X. de ſponſalib. Cum libertatem conſenſus & matrimonij reſtringant, ut plurimum proprij emolumenti, ac ſpei cauſa, matrimonia feliciter inchoata impediant, ac magis propriam atq; ſuorum quam pupillæ commodum reſpiciant. Dd. in l. Titia 134. ff. de verbor. obligat. Schneidew. ad §. omnium. no. 47.

**84.**

*Jure Lubecano, vidua ſeu pupilla, citra arbitrium proximorũ agnatorũ, moribus ſuis planè indigno nubẽs, privatur omnibus bonis, ex quibus Senatus capit*

*Vocabulo* Freunde / *aut agnatorũ in art. 2. lib. [illegible]. tit. 4 non intelligimus quos [illegible] agnatos, ſed eos, quorum aſſenſus ſive arbitrium de jure Civili eſt neceſſariũ. Statuta enim ita accipienda, quò minus jus commune lædant. l. in conjunctione 20. Cod. de nupt. Gail. 2. obſerv. 33. Arbitror etiam curatorum ſeu agnatorum conſilium,* Rath/ *ſeu voluntatem,* volwort / *non verò conſenſum & autoritatem, ad nuptias*

*puellæ*

& ſeqq. Inſt. de act. Scabini Saxones hæc ſtatuta, in hiſce locis magitimis, de neceſſario conſenſu tutorum in matrimonij conciliatione adhibendo, introducta, infirma & invalida pronunciant, ex autoritate Panormitani in c. 1 no. 7 & ſeq. X. de ſponſal. & aliorum Canoniſt. ut videre licet in deciſionibus & conſultat. Saxon. part. 1. de matrimon. cauſ. quæſt. 4.

ma, an libertati matrimoniorum contraria?

*viginti marcas, reliquis facultatibus proximioribus hæredibus adjudicatis; relictis ſaltē perſonæ condemnatæ veſtimentis, quotidiano uſui neceſſarijs.*

*puellæ ſeu viduæ, multò minus juvenis alicujus, eſſe neceſſarium. Conſiderabis enim vocabulum,* Rath / *hujus noſtri attic. 2. & vocem,* Volwort / *in artic. 4. Quibus liquidò demonſtratur, Tutorum CONSILIUM ſeu VOLUNTATEM, non verò CONSENSUM ſeu AUTORITATEM eſſe neceſſariam. Quantum verò hæc verba inter ſe differant, docemur Rubr. ff. C. & Inſt. de autor. tut. & probat d. l. in conjunctione, in verb. judiciū. VVeſ. in §. fin. Inſt. de Attilian. tut. illa enim verba ſuſpendunt contractum matrimonialem, donec magiſtratus interveniat autoritas. d. art. 2. lib. 1. tit. 4. Hæc ejus ſunt efficaciæ, ut per ſe matrimonium impediant, per rationes ſuprà adductas; Ita ut hujus differentiæ utilitas hæc ſit, ſi puella, vel vidua ſuis moribus condignum ſibi elegerit, ac tutor diſſenſerit, puellæ voluntatem & conſenſum arbitrio tutoris eſſe præferendum, per text. expreſſum in l. viduæ 18. C. de Nupt. ubi Impp. litem hanc ita dirimunt; ut ſi pares ſint genere ac moribus competitores, is potior exiſtimetur, quem ſibi conſulens mulier approbavit: Nec putandum, fœminam, ob nudam fidem conjugalem indigno datam, ſeu nudum diſſenſum curatorum, facultatibus eſſe privandam, ſed ſi, laſcivientis capellæ inſtar, per luxuriam corporis ſui copiam alicui fecerit, ac planè moribus ſuis indigno ſe junxerit, ac ita actum hunc conſummârit, iis caſibus demum graviter in eam erit animadvertendum, in verb.* In die Ehe begibt. *Quod verbum matrimonij illiciti conſummationem præſuppenit; cum & aliàs voluntas pro facto in pœnalibus non ſufficiat. vid. d. art. 2.*

THES: ROM: 85.

Jure Civili in eum, qui falsò aliquem de ſponſali-

ANTITH. LUB. 86.

*Verū jure Lub. falsò matrimonij*

*Punit hæc conſtitutio non minus eos qui falsâ delatione, in fraudem juvenis vel puellæ, ſponſalia fingunt*

bus contractis traducit, certa pœna non eſt cōſtituta; ſed injuriarum rectè poteſt conveniri, & inſuper pœnâ temerè litigantium plecti.

*actionē intentās, in eaq; ſuccumbens, pœnâ 20. Marcarū afficitur; &, ſi ſolvēdo non ſit, ſpacio menſis carceri mancipatur, & inſuper relegatur.* d. lib. 1. tit. 4. art. 1.

*fingunt; atq; honeſtas perſonas mendaci famâ gravant, quam qui temerè, prætextu matrimonij, aliquem in jus trahunt, in verb:* felſchlich vnd mit vnwarheit angegeben vnd verklagt. *Dolus tamen ſeu fraudulenta machinatio, ut pœnæ locus ſit, hic requiritur.*

THES: ROM: ANTITH. LUB.

Gell. lib. *18*. c. *6*. Macrob. 1. ſaturnal. *1*. Connanus lib. *8*. cap. *3*, no. 2. Cujac. ad Ulpian. tit. *11*. VVeſenb. in paratit. de ritu nuptiar. num. *5*. Contius. l. diſput. jur. civil. c. *12*. p. *8*. Coſtanus de matrimonio, pag. mihi, *148*. no. 76. & ſeqq.

87.

Olim forma contrahēdarum Nuptiarum varia fuit; Aut enim farre, quod erat Pontificum; aut uſu & cōſuetudine, quod erat vulgare; aut coemtione & conventione in manum viri, uxor tradebatur, per quam efficiebatur materfam., & tranſibat in familiam mariti. Qui modi abrogati ſunt.

88.

*Moribus noſtris, benedictio ſacerdotalis formæ loco ſtrictè requiritur, adeò ut, vulgari opinione, qui ante inaugurationem Eccleſiæ publicam concipiuntur, illegitimi putentur, Quā tamē formam jus civile ignorat, & chorus Jureconſultorū non probat.*

*Etſi enim honeſtatis ſit, ut receptus Eccleſiæ mos ſervetur: Non tamen ideò partus de jure legitimus, illegitimus reputandus, ſi parentes, Veneris & amoris œſtro impulſi, uno vel altero menſe, corporū commixtione aſcititias nuptiarū ceremonias anticipatint, ut inde ſoboli nihil promerenti aditus ad artes liberales vel mechanicas præcludatur.* l. *ſi donationum* 22. C. *de Nupt.* l. 3. ff. *de cōcubin.* l. *Hæc ratio* 3. §. 1. ff *de donat.*

donat, inter vir & uxor. Inter haſce enim conjunctas perſonas coram Deo & hominibus, etiã non antecedentibus hiſce ceremonÿs, verũ, legitimũ & juſtũ eſt matrimoniũ. l. Nuptias. 30. ff. de R. I. Et ſi ſpurÿs parentũ delicta non veniunt imputãda, ſeu portæ dignitatũ præcludẽdæ, uti multis probat Palæott9 in ſuo tractat. de ſpurÿs c. 55. & ſeq. & allegati per Hartm. Piſtor. part. 1. q. 30. quo jure hi qui ex legitimo cõplexu ſunt cõcepti, per ejuſmodi imaginationẽ decoris min9 obſervati, & in animis obſcurorum, non vero clarorum virorum nati & concepti, poſſent ab honeſtis exercitÿs removeri, ſeu maculâ infamiæ aſpergi? Cum nox ſaltem ſubſequens matrimonÿ ritus, ſi quid vitÿ ſubfuerit, idipſum purget, cap. tanta. X. Qui ſint legitimi, ſed & pœna ſuos autores tenere debeat. l. ſancimus 22. C. de pœn. c. quæſivit. X. de his quæ fiunt à Prælato.

## Thes: Rom: | Anthith. Lub.

Etſi hujus glorioſi ac levis armaturæ militis jactantia & falſa delatio honeſtis puellarum ac fœminarũ moribus, & exiſtimationi nihil detrahat; l. Etſi crimine 12. C. ad l. Jul. de adulter. c. ſignificaſti X. eod: Gravis tamen eſt injuria ac diffamatio, pœnâ & coercitione digna. tot. tit. de injur. vide Hyppol. de Marſilÿs in l. de Minore ff. de quæſt. Et in pract. crimin. §. diligenter no. 78. Text. in c. quam ſit grave X. de exceſſ. prælatorum.

89.

De jure civili Procus falsò proferens ſeu fingens, ſe, in matrimoniũ petitam, defloraſſe, arbitrariè injuriarum, civiliter vel criminaliter, condẽnari debet, ut vel ejusmodi diffamãs ſeu glorioſus miles, cui nec juſculi ſorbitio, minus carnis jactata fruituo largita,

90.

*Hoc jure honeſtã Perſonã ſub prætextu pudicitiæ attentatæ, in matrimoniũ petens, vel aliter eã diffamans, prætereaſam verò corporũ commixtionẽ nõ probãs, mulctâ octuaginta mar-*

Circumſtantiæ pœnam hoc art. 3. lib. 1. tit. 4. expreſſam augent vel minuunt, in verb. hujus art. 3. ſo ſol bey dem Rathe ſtehen / den unterſcheidt nach allen umbſtenden zu machen / bey welchem man die ſtraffe verhöhern oder verringern wolle. Aliàs nulla æqualitas, pœnæ pecuniariæ octuaginta marcarum, cum pœna alternatim poſitâ carceris ad ſemeſtre ſpaciũ ſuſtinẽda d. n. articulo. Nec ſola corporum com-

publica recātatione, durch einen offentlichen wiederruff & mulctæ ſolutione; vel etiam criminali pæna, virgarū percuſsione, relegatione, aut etiā graviori animadverſione puniatur.

Paris de Puteo in tractat. de Syndicat. in verb. confeſſio. Quam jus Saxonicum non ſaltem in perſona Proci, ſed cujuslibet alterius, famam honeſtæ fœminæ arrodentis, arbitrariè condemnando eum, vel ad publicam recantationē, & pro modo delicti, vel carcere, vel relegatione ad tēpus vel etiam in perpetuū, cum fuſtigatione punit. Vid. Electoris Auguſti conſtit. part. 4. conſt. 45. Beuſt. in tract. de ſponſ. part. 1. c. 17. de pœnâ falsò aſſerentis ſe aliquā cognoviſſe.

*carū Lubec. punitur, cujus pænæ duo quadrantes perſonæ diffamatæ, tertius Magiſtratui cedit. Idē ferè obſervari in ſponſalibus falsò allegatis, docet jus Lubecanum* ſub Rubric. de ſponſ.

*commixtio matrimonij ſponſionem probat; ſed requiritur de jure Lubec. ut conſenſus præcedat, vel ſequatur copulā carnalem,* daß die Ehe verſprochen vnd ſie darauff erkandt ſey. *Animorum enim, non corporum conglutinatio, nuptias facit l. Nuptias 30. ff. de R. I. Nec propriam turpitudinē allegāti credendū. l. 4. C. de revocand. donat. Dolus itaq; ſeu actio fraudis fæce admixta, quo pænæ locus ſit, omninò requiritur. d. art 3. ibi:* mit vnrecht vberſaget *&c.*

## Thes. Rom. 91.

De jure civili haud cōcors eſt Doctorum opinio: An matrimonium citra cōſenſum Patris contractum, & carnali copulâ cōſummatū,

Literarum aucupes, ſtrictæ legū interpretationi inhærentes, matrimonium citra parentū conſenſum contractū, reſcindunt, nec pudicitiæ delibationem, nec corporū commixtionem ſuſpēdunt, & hoc autoritate l. 2. ff. de ritu nuptiarum. Alij

## Antith. Lub. 92.

*Jure Lubecano & in Dicaſterijs Eccleſiaſticis harum terrarum, Theologis præcipuis aſſentientibus, ejusmodi*

*Humanior eſt horum ſentētia qui juridicè ſtatuunt majoris incommodi evitandi causâ rem hanc non amplius integrā, propter ſolam parentū autoritatem neglectam, tanti nō eſſe faciendam, ut matrimonium tale cū læſione*

ratihabitione parentum matrimonia ita contracta confirmant. Bart. in l. obſervare ff. de offic. Proconſul. Et Panormitan. in c. cum nos X. de his quæ fiunt à Prælatis.

reſcindi debeat?

*matrimonia cõſummata non facilè reſcinduntur.*

*læſione pudoris, imminutione exiſtimationis, irreparabili partis utriusq; & ſobolis inde progenitæ damno, dirimatur, ac tali modo peccantes, imò nihil etiã promerentes, ſimul plus juſto puniãtur. Matrimonio enim hoc diremto, qui ante diſſolutionẽ erant conjuges, mox reputabũtur ſcortatores, non conſuetudine conjugali, ſed ſtupri pœnâ digni: Proles hic nihil delinquens, infamis ac ſpuria proclamabitur, & perſona vitiata ac corrupta, nunquã, vel rarò, honeſto marito jungetur; ſed errabunda, & à bonorum conſortio excluſa, ad lupanaria, & turpem vitam degendam adigetur. l. 12. §. 7. ff. de inſtruct. & inſtrum. l. 2. §. fin. de liber exhibend. l. 8. junct. gloſ. in verb. Retinere, ff. de his qui ſunt ſui vel. Hanc tanquam communiorem probat jus Canonicum. c. ſufficiat. 27. q. 2. c. cum cauſa X. de raptorib. eamq; inter Theologos probant, D. Lutherus, Dn. Philippus Melanchton in loco de conjugio, multiq; alij, & ſequuntur ac in praxi obſervant conſiſtoria pleraq; Germanorum. Vid. Schneidewin. Inſtit. de nupt. part. 2. Rubr. quando matrimoniũ jam eſt contractum, n. 35. & ſeqq.*

THES: ROM: ANTITH. LUB.

L. 4. ff. de ritu nupt. l. cum hic ſtatus 32. §. pen. ff. de donat. inter vir & uxor §. 1. Inſtit. de nuptijs. c. Cõtinebatur & c. atteſtationes, de deſponſat impuber. Quãvis jus Canonicum matrimonia, intra annos nubiles cõtracta, & utriusq; partis conſenſu ratificata, ſeu carnali copula cõſummata, non improbet, c. à nobis, c. de illis 9. c. fin. d. tit.

93. De jure civili minor duodecim annis licitas non contrahit nuptias.

94. *Jus Lubecanum, nõ tam annorũ ſeriem, quã corporis habitudinem & perfectum conſenſum, attendit.*

*Neq; enim ſolus annorum lapſus ſed ingenij ſagacitas, facit hominem juſtæ ætatis, unde & hi ſenes à bonis autoribus dicuntur. In hiſce enim malitia ſupplet annorum defectum. d. cap. de illis X. de deſponſat. impub.*

THES: ROM: ANTITH. LUB.

Etſi ſervi cum ancillis jungebãtur, nuptiæ tamẽ

95. Servi Romani hoc ju-

96. *Jure Lube-*

*Hoc enim genus hominum gaudet ſtatu*

nullæ erant. §. illud certum. Inſtit. de Nupt. l. adoptivus 14. §. ſerviles, ff. de ritu nuptiarum. Briſſon. in lib. 2. de jur. connub. Ulpian. in fragment. tit. 5. §. connubio interveniente, & Servius inquit: connubiū eſt jus legitimi matrimonij.

re nō nuptias ſeu matrimonium vel cōnubium ſed contuberniū habent. Connubium enim definitur, ab Ulpiano, quod ſit uxoris ducendæ facultas, idq; habebant cives cum civibus Romanis, cum Latinis autē & peregrinis ita, ſi cōceſſum erat, cum ſervis autem nullum eſt connubium.

*cenſi, uti & totius Germaniæ cōſuetudine, miniſtri ſeu famuli, vel ruſtici quos proprios homines vocamq, verū ac legitimum contrahunt matrimonium, eorūq; liberi & illis progeniti, jure ac privilegijs civitatis gaudent, niſi loci conſuetudo contrarium inducat,* art. 2. & 3. libr. 1. tit. 3.

*ſtatu libertatis, cū hæc ſecula priſcā Romanorum ſervitutem non agnoſcant, per ea quæ eleganter tradit Huſan. in tractat. de hominib. propr. Et quamvis glebæ ſeu fundis noſtris patrimonialibus ſint adſcripti, ut niſi emancipati ſeu à Dominis manumiſſi, emigrare ſeu fundum relinquere nequeant, ſed cum fundis mancipentur & alienentur, l. 6. l. 20. l. 22. & l. ult. C. de agricol. & cenſit: Non tamen ideò vera mancipia cenſendi, cum Domini in homines, & nō in belluas imperiū divinitus ſibi conceſſum habeant, ac Patroni, nō vero eorū tyranni ſint. arg l. 7. de ſerv. export. Quapropter Div. Antoninus laudabili conſtitutione nimiā intolerabilē hanc poteſtatē, ac ſævitiā certis limitibus circūſcripſit, ac coarctavit. § ſed major Inſt. de his qui ſūt ſui vel. Quos ſi dominq exceſſerit, ob nimiam ſævitiam juriſdictione rectè privatur §. fin. Inſt. d. tit. text. in l. un. C. de emend. ſervor. l. fin. C. Quemadmodum civil. mun. indic. Specul. tit. de exact. n. 3. Boer. deciſ. 132. part. 1. per tot. Cum juriſdictionis exercitium ad defendendos & non opprimendos ſubditos ſit conceſſum, ac Reipubl. interſit, ne quis re ſuâ abutatur. d. § fin. Unde hodie in Camera Imperiali, contra eos qui notorie abutuntur dominicâ poteſtate, decernuntur mandata ſine clauſula, Gail. lib. 1. obſerv. 17. puta ſi ob civilem cauſam, vel fugam liberorum parentes ſqualore carceris crudeliter macerant, ac contra l. 1. Cod. de cuſtod. reor. com pedibus vinctos detinent. ; ſeu aſſiduis ſervitijs, & plus quam Ægyptia à ſervitute-*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74988178X/phys_0056
DFG

*tute premunt, ac miſerrimo huic generi plurimum pepercisse putant, ſi ſinguli ſeptimanis ſaltem, ut dicunt, per ſex dies continuos in opere ruſtico faciendo deſudent, ac ſeptimo, qui meritò Deo & creaturæ ſacer & quietus eſſe deberet, canibus venaticis ducendis, aut literis amatorijs, vel Macedonianis perferendis, operam dent. Horũ enim barbara dominandi licentia omninò eſt compeſcenda.*

## THES: ROM: ANTITH. LUB.

### 97.

JusCanonicũ conditionis ſive ſtatus inæqualitatẽ non attendit. Licitè enim quis ſervã ſeu pediſſequam, modo eã ſervam norit, in matrimoniũ petit: Ignorãter verò ductam retinet ſi inaudivit diſparis eam conditionis eſſe, nihilo tamẽ ſecius maritali affectione complexus eſt.

Pontifices, jus Divinũ & Naturale imitantes, eandẽ ortus & libertatis qualitatem omnibus tribuũt. Servorum enim ac libertinorum ſtatũ & dignitatẽ Divinæ & Naturales leges ignorant, ac ſæpius Regi ſummo miſeram puellã aſſociant. Can. ſi quis 29. q. 2. c. Propoſuit, & cap. licet X. de conjug. ſervor.

### 98.

*Jus Lubec. ad præſcriptũ juris civilis cõditionis diſparitatem tã in nuptijs conciliandis: quam pœnis irrogãdis cõſiderat, ac matrimonia indiſtinctè & ſimpliciter non admittit, ſed & pœnã pro qualitate perſonarũ exaſperat vel mitigat.* tit. 4. lib. 1.

*Quemadmodum enim jus civile cõſiderat perſonarũ dignitatẽ: l. 16. l. 42. l. 44. in pr. & §. 1. ff. de ritu nuptiar. Quò pertinebat ferè lex julia de maritandis ordinibus d. l. 16. d. l. 44. 58. d. tit. l. 20. §. 1. de manumiſſ. l. 7. Rerũ amotarum: Sic non minus jus Lubecanũ dignitatis, ſtatus aut conditionis diſparitatẽ attendit, in verbis* ſtandes/ ehren vnd würdigkeit. *At ſingularũ vocũ proprietas & diſcrimen eſt inſpiciendum. Aliud eſt enim verbum:* Status, *aliud:* Officij *ſive* ordinis; *aliud* Dignitatis. *Hic enim vocabulum* Status oder ſtandes, *loquitur de ſtatu ſeu conditione, in qua quis naſcitur, & ab origine quaſi ſtat. per l. 15 ff. Qui teſtam fac poſſ. in fin. princ. Inſt. de cap. diminut. Plurimũ n. intereſt, maximè in nuptijs conciliandis, an quis ex legitimo vel illicito coitu, parentibus honeſtis, vel infamibus, ſit oriundus, num in ſtatu prorſus abjecto & humili ſit natus & educatus. l. 7. C. de inceſt. nupt. Etſi enim parentum vitia liberis non ſint imputanda: Parum tamen eſt honeſtum, &*

*ſiniſtrâ*

ſiniſtrâ ſuſpicione non vacat; ſi quiſpiam ex ampliſſimo ſeu Senatorio ordine ducat humilem, propriamve ſervam. d. l. 6. d. l. 44. & 45. ff. de rit. nupt. Nobilis adſcriptitij ſui filiam arg. l. 3. C. de nupt. Chriſtianus ex infidelibus natam ſibi matrimonio jungat. c. cave. 28. q. 1. c. de infidelibus. X. de conſanguin. & affin. cap. Quando, de divortijs. Vocabulum: Ehren, honeſtatem in nuptijs omninò reſpiciẽdã, innuit, d. l. 16 de rit. nupt. Si enim juvenis honeſtus perſonã turpem, infamem, lenociniũ facientẽ, furtivã, luxurioſè viventẽ in matrimoniũ ducturus eſſet, jure prohibetur. Verbum würdigkeit, eſt nota dignitatis ſive ordinis. Reſpubl. enim Lubec. tres ordines agnoſcit. Senatorium, penes quem eſt Imperij, juſtitiæ, ac ſuperioritatis tutela & adminiſtratio: Patricium ſive medium, ex quo ad Senatoriam dignitatem eſt aſcenſus: Plebeium, ſive infimum, qui complectitur omnes tribus & collegia mechanicarum artium, & reliquam populi fæcem.

## THES: ROM: ANTITH. LUB.

Hoc enim minimè poſtremi, eiuſmodi matrimonij diſſolutionẽ jure fieri haud poſſe, ſtatuunt, per cap. unic. in fin. 29. q. 1. c. Quẽadmodum 25. de jurejurand. l. 11. §. 1. ff. de contr. Emt. l. 13. §. fin. ff. ad. l. jul. de adulter. Theologi, ſacris & honeſtatis legibus innitentes, eo caſu, quo reconciliationi locus non invenitur ullus, diſſolutionem permittunt. Div. Lutherus in ſuo libello de cauſ. matrimonial. Hemming. de conjugio, Beza de repud. fol. mihi 228. VVigand. de divort. in tit. de ſponſa ſtuprata. p. mihi 162. & copioſius p. 195. propter autoritatem c. 22. Deut. v. 20. & ſeq. & exemplum Joſeph. Matt. 1. v. 19. vid. l. 11. §. ſiquis, de action. emt. Deciſiones Vitcberg. part. 1. de contr. q. 10.

99.

An ob erroris qualitatem, ut ſi quis duxerit ab alio compreſſam, eam virginem putas, matrimoniũ diſſolvatur, nón eadẽ eſt Theologorũ & ictorum opinio.

100.

Jure Lub. procus ſtuprũ ignorans, vitiatæ, vel infami perſonæ fidẽ dãs, jure recedit, imò volens talem ducere, parẽtum & gnatorũ, & Magiſtratus autoritate cæpto deſiſtere, cogi poteſt.

Haud enim permittendũ ut honeſtis parẽtibus ortus ſeſe ſcorto, vel adulterij reæ, ſeu furti vel alterius criminis convictæ, aut turpiter viventi, perverſis artibus claræ, quamvis ditiſſimæ, jungat, aut forma exteriore captus, & ex lubricitate ingenij circumventus, corpus alijs proſtitutũ, & animum impudicũ indiſſolubili nexu ſibi devinciat, & primo amoris ſeu potius furoris æſtro paulò poſt deferveſcente, in perpetuum, at ſero nimis, pœniteat.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74988178X/phys_0059
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74988178X/phys_0060
DFG

*tute premunt, ac miſerrimo huic generi plurimum peperciſſe* … *ſeptimanis ſaltem, ut dicunt, per ſex dies continuos in opere r* … *ſudent, ac ſeptimo, qui meritò Deo & creaturæ ſacer & q* … *canibus venaticis ducendis, aut literis amatorijs, vel Macedoni* … *peram dent. Horũ enim barbara dominandi licentia omnin* …

THES: ROM: 97.

Pontifices, jus Divinũ & Naturale imitantes, eandẽ ortus & libertatis qualitatem omnibus tribuũt. Servorum enim ac libertinorum ſtatũ & dignitatẽ Divinæ & Naturales leges ignorant, ac ſæpius Regi ſummo miſeram puellã aſſociant. Can. ſi quis 29. q. 2. c. Propoſuit, & cap. licet X. de conjug. ſervor.

JusCanonicũ conditionis ſive ſtatus inæqualitatẽ non attendit. Licitè enim quis ſervã ſeu pediſſequam, modo eã ſervam norit, in matrimoniũ petit: Ignorãter verò ductam retinet ſi inaudivit diſparis eam conditionis eſſe, nihilo tamẽ ſecius maritali affectione complexus eſt.

ANTITH. … 98.

*Jus Lubec. ad præſcriptũ juris civilis cõditionis diſparitatem tã in nuptijs conciliandis: quam pœnis irrogãdis cõſiderat, ac matrimonia indiſtinctè & ſimpliciter non admittit, ſed & pœnã pro qualitate perſonarũ exaſperat vel mitigat.* tit. 4. lib. 1.

Status, *aliud:* Officij *ſive* ordinis; *aliud* Digni … *vocabulum* Status oder ſtandes, *loquitur de ſtatu ſeu* … *quis naſcitur, & ab origine quaſi ſtat. per l. 15 ff. Qui teſtam. f* … *Inſt. de cap. diminut. Plurimũ n. intereſt, maximè in nuptijs* … *ex legitimo vel illicito coitu, parentibus honeſtis, vel infamibus* … *in ſtatu prorſus abjecto & humili ſit natus & educatus. l 7. C* … *enim parentum vitia liberis non ſint imputanda: Parum tan* …